NAZIONALE
B. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
8
44 D
2
ROMA

8.44.II.2
Conuentus S. Mariae sup Minerua.

DE

SACRO IVBILEO

LIBRI QVATVOR

Auctore R. P. F. Angelo Pientino a Corſiniano ord. Præd. Sacræ Theologiæ profeſſore.

AD ILLVSTRISS[MVM]. ET REVERENDISS[MVM], D. D. FERDINANDVM CARD. MEDICEM.

Cum duplici Indice.



8
44
II
2

ROMAE,
Apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales.
Anno Iubilei M. D. LXXV.
CVM LICENTIA SVPERIORVM.

92

VIR INSIPIENS NON COGNOSCET, ET STVLTVS NON INTELLIGET HAEC.

Pſal. 95.

ILLVSTR.MO AC REVER.MO D. D. FERDINANDO MEDICI S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, AC D. SVO CLEMENTISSIMO

F. Angelus Pientinus à Corſiniano S. P. D.

QVAE nunc primum de ſacro IVBILEO conſcripſi, ac in lucem edidi, non alij, quàm tibi, Cardinalis ampliſſime, tamquam meæ erga te obſeruantiæ ac pietatis teſtimonium mittenda, non ea tantum de cauſa cenſui, quòd in poteſtate ac ditione nobiliſſimæ domus tuæ natus ſim, cui fructus omnes ſtudiorum meorum nunc debeo, ac ſemper debebo; nec rurſus ea tantũ ratione, ꝗ etiam id Illuſtriſſimi D.D. mei Cardinalis Delphini, tui amantiſſimi hortatu libentiſſimè egerim; ſed ob eam quoq; cauſam, ꝗ earum rerum, de quibus hic agitur, te quàm aliũ patronum ac defenſorem adoptare magis debui. Quis enim alius eius patrociniũ, qui de ſacro ſcripſerit IVBILEO, ſuſcipere debet, quàm is, quo auctore tot præclara facinora, tot pietatis admiranda opera, & eo quidem in loco cuius idemmet patrocinium ſuſcepit, facta eſſe cō-

memorantur? Patronum namq;, ac illius ſanctiſsimæ Trinitatis iam toto penè terrarum orbe maximè clari, ac numquã ſatis laudati ſodalitij Protectorẽ te eſſe, nullus eſt qui neſciat. Quæ uero tam erga aduenas, q̃ etiã erga pauperes pupillos, ac uiduas illic potiſsimum egeris, cum id luce clarius ſit, atq; etiam ne tuam offendam modeſtiam, nunc dedita opera miſſa facio: maximè cum id uerbis uix aſsequi poſſem, ſi quas erogaueris eleemoſynas, ſi quot, dum ad menſam ſedebant, aduenis tuipſe inſeruieris, eorumq; pedes laueris, ac cetera huius generis innumera effeceris, enarrare cõtendere. Mei itaq; inſtituti ratio, ut hæc tibi potiſsimũ dicarẽ, expoſtulabat. Accedit ad hæc, quod literarum ſtudioſi, quorum ſemper fautor & adiutor fuiſti, de te benè ſperare debeant, cum uideant te maiorum tuorum gloriam ac ſplendorem hac in re, ſicut in alijs omnibus imitatum eſſe, ac præclariſsimam familiam tuam mirum in modum illuſtraſſe. Quis enim ignorat, Coſmos, Leones, Laurentios, alioſq; eiuſdem Mediceæ proſapiæ innumerabiles ſtudioſorum patrocinium, omnibus tam corporis, quàm animi uiribus ſuſcepiſſe? Quapropter cũ hoc ſit mihi lõge cõpertiſsimũ, te etiam mei patrocinium ſuſcepturum eſſe, non dubito. Et quamquam valdè exiguum eſt, quod tibi nunc offero munus; id tamen contemptui tibi non erit, ſi, quod Artaxerſes quondam Perſarum Rex egerit, cum ab humilis plebeculæ homine,

mine, re admodum exigua donaretur, in memoriam reuocaueris: Nam cum homuncio ille (ut memoriæ proditum eſt) malum punicum, illud quidem perpulchrum, Artaxerſi obtuliſſet: Rex non ſolum tam leue xeniolum accepit benigniſsimè, ſed audiens eum ex proprio prædiolo ipſum decerpſiſſe, in agricolæ laudem declinans, Iſte homo, inquit, tali curatione, & agriculturæ diligentia poſſet ciuitatem ex parua reddere ampliorem. Accipe itaque, obſecro, & tu Illuſtriſsime ac Reuerendiſsime D. munuſculum hoc, & sereniſsimis ortus natalibus, ac Rege illo multis nominibus nihilo minor, qualecumque ſit, humaniſsimè ſuſcipe: meq́; ea ſaltem de cauſa, quòd ex paruo ingenij mei agello ipsum legerim, non omni prorſus laude (quæ tamen ſoli Deo tribui debet) indignum iudicato. Quod autem ſupereſt, te etiam atque etiam rogo, vt me quoque inter clientes tuos non dedigneris habere. Ita enim fiet, vt ij mei labores tibi dicati patrocinij tui præſidio in publicum prodeant quàm tutiſſimi. Valeat Illuſtriſsima ac Reuerẽdiſsima C. T. quam Deus opt. Max. in annos perplurimos ſeruet incolumem.

Ex ædibus D. Mariæ ſuper Mineruam Kl. Decemb. Anni IVBILEI.

ANTONII BLADII FILII TYPOGRAPHI PIIS LECTORIBVS.

QVANTOS, & quã vberes chiſtianæ pietatis fructus annus iſte ſanctitatis, & religionis pleniſſimus fidelibus attulerit, & nos ipſi ſumma cum voluptate vidimus, & poſteri etiã magna cum admiratione intelligent. Ex hoc eodem fonte illud quoque boni profluxit; quod viri pij, & eruditi non nulli, vt quidem audiuimus, de ſacris Indulgentijs & IVBILEO ſcribere inſtituunt. Sed omnium primus (quod ſciamus) F. Angelus Pientinus ex Prædicatorum familia ſacræ theologiæ profeſſor, excellenti doctrina, & integritate uir, ac Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Cardinalis Delphini à Theologia, locum hunc de IVBILEO quatuor libris tractauit vberrimè, & libros ipſos tanquã perfectum & abſolutum ingenij ſui fœtum in lucem edidit, quos typis noſtris accuratè impreſſos vobis iam nunc damus, & peruulgamus. Nec tamẽn veremur, ne inutilem atque ingratam operam, huiuſmodi libros imprimendo, ſumpſerimus, cum de eadem re pleriquè alij impreſſi ſint: quando idem nos ad hoc faciendum, quod auctorem ſuum poſt alios ſcriptores ad eoſdem elucubrandos, mouit. Imò verò tantæ auctoritatis & gratiæ apud omnes fore ſperamus, quanta iam apud multos fuiſſe vidimus præſtantiſſimos viros, qui hùc confluentes tanta contentione efflagitabant, quandiu huiuſmodi tenerentur lucubrationes ſub prælo, quò minus digna hominum luce fruerentur, vt cupiditate quadam eos, antequã editi ſint, deuorare quodammodo viderentur. Affirmare enim ſolent, hic quæ ad huiuſmodi materiam explicandam atque exornandam faciant, ex omni doctrinarum genere tanquam flores delibata cõgeſſiſſe, videri poſſe; maximeq; cum ipſe hac de re adeo accurate & diligenter diſputet, vt nihil prorſus prætermittat; & quam affirmat ſententiam, eam ſemper (quod valde admirandum eſt) efficaciſſimis corroboret argumentis. Vos igitur lectores humaniſſimi hilari animo hæc accipite, & induſtriã noſtram alere pergite, vt quod vnum ſummopere cupimus, nobiſq; à patre noſtro hereditariũ relictũ eſt, in dies magis hoc noſtro imprimẽdi artificio de vobis, & de literarum ſtudijs benemereri poſſimus. Valete.

D. Z.

Illuxit quùm noſtra ſalus natalis IESV:
Nunciat Angelicus gaudia magna chorus.
Sic modò GREGORI pietas dum crimina ſoluit:
Angelus et meritò IVBILA ſacra refert.

Catalogus alphabeticus auctorum omnium (his qui ſacras conſcripſere ſcripturas exceptis) quorum teſtimonia in hoc opere adducuntur.

A

Adrianus VI.
Alexander ab Alex.
D. Ambroſius.
D. Anacletus.
D. Anſelmus.
D. Antoninus.
Ariſtoteles.
Armandus de terminis theo.
Auerroes.
Aſconius Pædianus.
D. Auguſtinus.

B

Bartholomæus Platina.
Beda.
D. Bernardus.
Boetius.
Bonifacius VIII.
Borrhome⁹ Cardinalis.
Brixon.

C

Cæſar Auguſtus.
Cæſar Dictator.
Catholicon.
Cato.
Cicero.
Clemés Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Clemens VI.
Concilium Lateranen.
Concilium Triden.
Corradus Brunus.
D. Cyprianus.
Cyrillus francus.

D

D. Damaſcenus.
Diogenes Cinicus.
Diogenes Laertius.
D. Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Cartuſianus.
Dominicus ſoto.
Durand⁹ de S. Portiano

E

Euſebius Cæſarienſis.

F

Franciſcus Georgius.
Franciſcus Mairon.

G

Gabriel Biel.
Gloſſa ord.
D. Gregorius.
Gulielmus Durandus.

H

Heſiodus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Lauretus.
Hieronymus Vida.
Hilarius.
Homerus.
Honoſtius Panuinius.
Horatius.

I

Iacobus Naclantes.
Innocentius III.
D. Io. Chryſoſtomus.
Io. Monachus.
Io. Turrecremata.
Io. Villanus.
Iſidorus.

L

D. Leo.
Ludouicus Cælius.

M

Macrobius.
Magiſter Hiſtoriarum.
M. Attilius Serranus.
Martianus.
Martinus Nauarrus.
D. Maximus.

N

Nauagerius.
Nicolaus Cuſanus.

O

Origenes.
Ouidius.

P

Papias.
Patritius Senenſis.
Paulianus.
Paulinus Lucenſis.
Paulus II.
Petrus de Palude.
Petrus Damianus.
Philon Hebræus.
Plato.
Plutarchus.
Polydorus Virgilius.
Proculus Grãmaticus.
Pythagoras.

R

D. Rabanus.
De Regulis iuris.
Rupertus Abbas.

S

Sanctes Pagninus.
Sept. Inter.
Silueſter Prierius.
Sixtus IIII.
Socrates.
Stoici.

T

Tales Mileſius.

Tertul-

Tertullianus.	V	Virgilius.
D. Thomas.	Valerius Maximus.	Volateranus.
Thomas Caietanus.	Varmiēſis Cardinalis.	Vrbanus V I.
Thomas Treterus.	Varro.	
Tritemius Abbas.	Vgo Carenſis.	

F· ANGELI PIENTINI DE CORSINIANO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS ORDINIS PRAEDIC.

In quatuor libros DE SACRO IVBILEO

PRAEFATIO.

Cle. Alexand. ſtr. lib. 5. CONSVEuerunt Aegyptiorum ſapientes, vt Clemẽs Alexandrinus locupletiſſimus teſtis eſt, religionis arcana non quibuslibet committere, nec diuinarum rerum cognitionẽ ad prophanos deferre; Sed ad eos ſolos, qui erant ad regnum peruenturi; & ex Sacerdotibus ijs, qui educatione & doctrina & genere *Ceſ. de Bello Gallor. lib. 6.* habebãtur probatiſsimi. Druidęque quoquè Gallorum Magi, vt ſcribit Cæſar, uel diſciplinarum pręcepta nefas ſexiſtimabant, utliteris mandarẽtur. *Orig. in Nu. ho. 5. Hila. in Pſal. 2.* Sed & Origenes, cui conſentit Hilarius, refert Moſen non legem ſolum, ſed etiam ſecretiorem legis enarrationem in monte Sina diuinitus accepiſſe; præceptumquè à Domino, ut legem ad ſuum quidem populum ferret; legis autem occulta myſteria ipſe miniſtro ſuo Ioſue, hic deinceps ſuccedentibus ſacerdotum primoribus magna ſilentij religione detegeret. *Pythag.* Pythagorici autem, & Academici non nulla quidem ſcribebant ſacra; *Plato.* ea tamen (uti ex Pythagoræ eorum Principis ſymbolis, & ex Platonis documentis colligitur) in tantum, aut compendio, aut parabolis contegebant, ut (quemadmodum ueteri prouerbio dicitur) nec Sibylla quidem ea intelligere, aut paręfacere poſſe videretur.

CVM igitur Chriſtianæ religionis nõ pauca ſint myſteria, quæ, cùm paſſim ab omnibus percipi non poſſint: aut literis mandari omnino nõ debent, aut breuitate, ſeu quouis alio modo ſic conuoluenda ſunt; ut imperiti quique ea quidem ceu ſancta re-

cta reuereantur, ſed ad quorum ſe ſe intelligentiam accõmodare non audeant. Illa verò, quæ omnibus peruia eſſe poſſunt, quæque, vbi perſpecta fuerint, eò intendunt, vt Deus ma-
Matt.6. gis magiſq; bonis chriſtianorũ operibus glorificetur, eiſquè mirum in modum conferunt ad ſalutẽ; nedum celari vllo pacto debent, ſed palã omnibus proferri. Quia ergo, vt ex his quæ deinceps dicturi ſumus, cumulatiſſimè patebit, eiuſmodi ſunt ſacri
Ioannes Tur.Cre. Paulianus. Nauarrus. IVBILEI arcana (neq; enim aliter ipſum IVBILEI nomẽ, quicquid alij ſentiãt, ſcribendum eſſe crediderim; propterea quòd in uetuſtiſſimis ſacrarũ ſcripturarum, ſanctorumq; Doctorũ manuſcriptis codicibus, & in Summorũ Pont. diplomatibus ita ſcribatur, & euphonia id poſcere videatur) cõſequens eſt, ut nõ utile modo, ſed etiam neceſſarium ea detegere, debeat iudicari: id quod his quoquè rationibus redditur maniſeſtũ.

1. PRIMO quidem, quoniam niſi cognoſceretur; profectò neq̃ ea, qua opus eſſet, cuſtodirentur veneratione; neque conuenienti pietate colerentur: quod ut caueamus (non enim citra culpam cõtingere poſſet)
1.Cor.1. commonet Paulus, cùm dicit: Nos autem nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ, q ex Deo eſt: vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis.

2. SECVndo, quoniam niſi quid IVBILEVS ſit, quidquè ualeat, eluceſcat; cõmoda illa magna, quorum cauſa inſtitutus eſt, percipi non poſ-
1.Cor.6. ſent: quin etiam contra eiuſdem Apoſtoli adhortationem, Dei gratia in vacuum facilè reciperetur.

3. TERtio, quoniam cùm IVBILEVS inter magna Dei beneficia Chriſtianis exhibita (uti mox maximè efficaciter ſuadebitur) annumerari debeat; niſi præcellentẽ eius uirtutem agnoſcere ſtuderent, ingratitudinis uitio rei, digniq; propterea qui etiam ceteris eiuſdẽ priuarentur donis, efficerẽtur. Scriptum namq; eſt: *Matt. 25* Omni habẽti dabitur, & abundabit; ei autem, qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur ab eo.

4. QVArto, quoniam ſi perpetui illi ueritatis hoſtes, hæretici .ſ. IVBILEVM labefactare, aut obſcurare contendunt; nonne orthodoxorum eſt, non modo ipſum tueri, uerùm etiam pro rei dignitate magnis efferre encomijs? Quod cùm abſq; præclara ipſius notitia fieri nequeat; nulli dubium eſſe poterit, quin opus ſit, ipſum, eiuſq; uirtutes prænoſcere.

Cùm igitur nonnulli de omnibus pene ſacris Eccleſiæ ceremonijs agant; *Cor. bru.* quidam uerò ſigillatim de diuinis officijs; ſint quoque qui vnum aut alterum chriſtianorum rituum, ut Miſſæ canonem, ſiue etiam totam Miſſam fuſius expendant; ijque magna religione legantur, & legentibus maximam afferant utilitatẽ; de ſacro autẽ IVBILEO rariſſimi breuiſſimè què ſcribant: cum tamen plurimi ac doctiſſimi viri de indulgentiis ingentes edant tractatus; non fruſtra laboraſſe videbimur, ſi non proprijs viribus, quę pertenues ſunt; ſed diuino freti auxilio, operã dabimus, ut vberius dilucidiuſq; quàm vnquam antea à quoquam de ipſo ſcriptum fuerit, præſtare tentemus. *Rup. ab. Guil. Gab. bi. D.Tho.*

QVA propter, cùm rem quãlibet tunc plenè cognoſcere arbitremur, cùm quòd ſit, & quid ſit, ac quæ ſint eius proprietates atq; functiones, nec non propter quid ſit, perſpectum fuerit (ita enim fiet; ut quatuor illæ quęſtiones,

Ariſt. ſtiones, quas de re qualibet in mediú adduci poſſe docnit Ariſtoteles, non ineptè explieentur) & nos de ſacro IVBILEO Theologorú more ſcribere iuſſi ſimus; ut quæ dicéda ſunt, clariùs pateant; ab harum quæſtionum ordine minimè recedemus: atquè iccireo iuxta earundem quæſtionum numerum opus hoc quatuor libris curabimus abſoluendum; Vt eorum primo IVBILEI neceſsitas pluribus rationibus cõprobetur. Secundo verò de ipſius agatur natura. Porrò tertio de eius dignitate tractetur. Quarto demú libro, ipſius IVBILEI fructus fuſius explicentur.

VERùm priusq́; ad rem ipſam veniamus, operæpretiú eſt, ut idipſum nos quoquè effieere ſtudeamus, quod ſapientes ædificatores facere ſolent. Hi enim, antequã ędificare inſtituãt, quò celſiores validioresquè conſurgant parietes; firma immobiliaquè fundamenta iacere conſueuerunt.

1. PRImum igitur, quòd eorum veſtigijs inhęrentes, quaſi fundamétum præmittendum putamus, eſt; quòd quemadmodú res, de quibus agitur, diuerſæ inter ſe ſunt; ita etiam modi earumdem tractandarú rerum ſunt *Ariſt.* diuerſi. Scientiæ enim, inquit Ariſtoteles, ſecãtur quemadmodum & res. Quam ob rem in ſcientijs quibuſdã opus eſt vti demoſtratione; in nõnullis verò ſat fuerit probabiles attuliſſe rationes. Mathematieæ quidé ſcientiæ, ſuo veluti iure, abſolutiſſimas poſtulãt demõſtrationes; à quibus haud multum diſcrepant naturales. At verò morales probabilibus gaudent argumentis. Atq; iccirco ſtultum eenſet *Ariſt.* Ariſtoteles in omnibus mathematicam expoſcere acribologiam; Nec non quòd ęquè peccaret, qui mathematicum ſuadentem, & qui demonſtrantem quæreret oratorem. Cùm igitur tractatus hic noſter, nequè inter mathematicas, nequè inter naturales facultates, ſed cum moralibus tantum enumerari poſſit; ſanè eruditi pijquè lectores illas ſolum à nobis debent exigere rationes, quas res ipſa poſcere videtur; ea maximè de cáuſa, quòd ex ſacræ fidei eruãtur myſterijs: quæ, tametſi certitudine ſcientias oẽs naturali lumine acquiſitas antecedat, ut doctiſſimè demõſtrat S. Thomas; lõge tñ ab euidentia, quod & Paulus docet, eſſe cõprobat. *D. Thom. 2.2.q. 4. ar. 8. Heb. 11.*

2. SED quoniam pro cõfirmandis, corroborandisq́;, quas afferemus, rationibus; haud rarò probatiſſimis diuinatum ſcripturarum vtemur teſtimonijs, alterú, quod præmittere debemus, fundamentum eſt; ſcripturas ipſas (quod ſanè magno conſenſu ſacri Theologi docẽt) hoc verè inſigni gaudere priuilegio, ſeilicet, vt nó tantum intelligi, & exponi poſſint iuxta quadruplicem ſenſum, ſcilicet literalem, moralem, allegorieum, & anagogicum; ſed (quemadmodum docet Auguſtinus, et Angelicus Doctor *D. Aug. D. Tho. 1 p. q. 1. ar. 10.* efficienter probat) vt plures quoq; habere poſſint literales. Id quod cõ pluribus exemplis, iisq́; clariſſimis ex eadem ſcriptura deprõptis facilè conuinceretur; ſed vnum tantum attuliſſe ſuffecerit. Erunt autem verba illa Dei ad Regem Dauid, nẽpe, Ego *2. Reg. 7* ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Qui ſanè locus biſariam, & vtroque modo iuxta literalẽ ſenſum, exponi poteſt. Primo quidem de Salomone eiuſdem Dauidis filio: Secũdo verò de Chriſto æterni Patris vnigenito. Quòd ergo de Salomone ſacer ille textus intelligi valeat, ex his,

quæ 1. Paralip. 21. habentur, apertiſſime, colligitur. Dauid enim ibidem hæc à Domino de Salomone ipſius filio ſibi dicta fuiſſe teſtatur. Quòd verò de Chriſto Saluator noſtro (quã quam hoc potiſſimum modo exponi debet) intelligendus ſit, haud ob- *Heb. 1.* ſcurè docet D. Paulus in epiſtola ad hebræos. Qua propter ſi cùm opus fuerit, aut pro IVBILEI probanda neceſſitate, aut pro eiuſdem explicanda dignitate, ſeu etiam ad oſtendendum qui fructus ex ipſo percipi poſſint; ſacrarũ dabimus teſtimonia ſcripturarum, licet & alium præſeferant ſenſum; nihilominus iure uideri non poterimus aut illas extorquere, aut etiam in eum ſenſum inflectere, què habere nõ poſſint. Si enim quæ *Rō. 15.* cunquè ſcripta ſunt, iuxta Diui Pauli *2. Tim. 3* ſententiã, ad noſtram informationem *2. Pet. 1* ſcripta ſunt: Et omnis ſcriptura, ut idem ipſe teſtatur, quã diuina inſpiratione locuti ſunt Sãcti Dei homines, vtilis eſt ad docendum, & ad veritatis dogmata demonſtranda; profectò negare non poſſumus, quin perutiles ſint ad intelligendos, declarãdos, demoſtrandos, tuendosq; ſacros Eccleſiæ ritus, atq; propterea diuinam IVBILEI inſtitutionem; ea maximè ratione, quòd, ut latius ſuo loco dicemus, Sancta Eccleſia eodẽ, quo ſcripturæ ipſæ conditæ ſunt, ſpiritu ſancto dirigatur.

3. AT quoniam IVBILEI inſtitutio, trãſlatio, atq; diſpoſitio ad Pont. Max. attinet; quod pro tertio fundamento ſtatuendum eſſe putamus, eſt. Illum ſingulariſſima Dei prouidẽtia, in ſpirituali præſertim Eccleſiæ regimine, gubernari. Nam licet inter ho- *Pro. 21.* mines Regũ maximè, ut ſapiens innuit, curam gerat; unde & ipſorum cor manu geſtare traditur, illudq; ad quodcumque voluerit inclinare; nihilominus inter Reges omnes peculiari cura Papam dirigir, atquè mode ratur. Id autem (vt validiſſimas quæ facilè aſſerri poſſent, rationes omittamus) ex his liquidiſſimè cõuinci poteſt, tum ſcilicet ex pollicitatione illa ſoli Petro, eiuſq; ſucceſſoribus facta, *Luc. 22.* qua dicitur: Oraui pro te Petre ut nõ deficiat fides tua; et tu aliquando cõuerſus cõfirma fratres tuos: Tum ex *Ioa. 21.* ſingulari paſcendarum ouium cura ter illi à Chriſto demandata: Tum etiam quòd ipſemet à fidelibus ſuis tàm negatiua, quàm affirmatiua eorum, qui in Petri cathedra ſediſſent præcepta iuſſerit obſeruari. Ait enim: Omnia quæcunq; dixerint uobis, ſer- *Matt. 23* uate, & facite. Sed & argumento ex eccleſiaſticis hiſtoriis nequaquam leui èruto, id ipsũ ſuadere poſſet: verũ vnam tantum ex compluribus cum maximè pio, pariter ac doctiſſimo, illuſtriſſimoq; D. D. Cardinali Var- *Card. Varm.* mienſi; ipſiuſquè verbis (& ſi aurum plumbo iungere videbimur) referamus. Ait enim in eo libro, quem aduerſus Brentium fœliciſſime cõſcripſit: Audi Brenti, quid de Vigilio Papa traditum ſit annalibus: Per ſcelus ad Pontificatum is peruenerat: Syluerium enim Papam, cuius erat Diaconus, inſtigante Auguſta, de ſede ſua deturbandum atq; in exilium depor tandum curauerat, quòd is omnia ſe prius & facere, & pati paratum dicerer, quàm ut quòd Auguſta tanto ſtudio poſtulabat, Anthemium, qui propter Eutychetis hæreſim de ſede Conſtantinopolitana per anteceſſorẽ ſuũ Agapetum deiectus fuerat, in ſedem illam reſtitueret. In huius autem Syluerij locum opera Auguſtę ſuffectus,

ac Pon-

ac Pōtifex Romanus deſignatus eſt, ea lege, vt quod Sylucrius cōſtāter facere detrectabat, id ipſe facturū ſe, atquè Anthemium ad Eccleſiam Cōſtantinopolitanam reſtiturum pro mitteret. Res eſt admiratione digna: ſtatim ut Petri cathedram aſcendit, idem illi quod Sauli euenit: nam ſuper eum quoq; factus eſt ſpiritus Domini. Cumquè longe alio animo ad Eccleſiæ gubernacula acceſſiſſet, poſteaquā promiſſi fuit admonitus ab Auguſta, prius extrema queq; ſe paſſurum reſpōdit, quàm vt hæreticum in ſedē, ex qua merito ſuo deturbatus fuerat, reſtitueret: Cumq; multa probra, multos etiam graues cruciatus, famemquè diuturnam in carcere pertuliſſet, paſſus eſt omnia fortiter, qđ multò ſe grauiora ſupplicia commeriturū diceret, qui malis artibus Pontificatum aſſequutus, horrendum facinus contra Sanctum Pontificē Sylucrium diſignaſſet. Si igitur tanta eſt erga Summū. Pont. præcipuè quātū ad ea, quæ ſpiritalia ſunt, Dei prouidentia, quis neſciat eum in ijs, quæ Chriſtianorum ſaluti neceſſaria ſunt (cuiuſmodi ſacer IVBILEVS eſſe apparet) inſtituendis ordinandiſq; ab ipſo nūquàm non moueri, ac dirigi?

4. QVIA verò fieri nō poteſt, vt de IVBILEO agamus, & de animabus in purgatorio detētis numquàm faciamus mentionem; ne eadem ſæpiùs inutiliter repetere cogamur, pro quarto fundamento ſit ſacrum IVBILEVM (quamùis id in Sūmi Pont. diplomatibus nequaquàm explicetur). Si non prima, certè altera intētione & pro animabus illis fuiſſe inſtitutum. Nam cùm indulgētiarum theſaurus pro uiuis & pro defunctis comparatus eſſe credatur (tametſi nō eadem erogetur utriſquè ratione) & ſancto IVBILEI anno longe copioſius indigentibus omnibus communicari debeat; cùmq; defunctorum animæ illius præ cæteris indigeāt; ſanè credi non poteſt, quin in ipſius IVBILEI inſtitutione, diſpoſitione, tranſlatione, conceſſioneq; Sūmi. Pont. intentio fuerit, vt defunctorū quoq; animabus aliqua ſaltē ex parte pđeſſet: cum tēporibus alijs earum miſeria permoti, vt ex purgatoriis pœnis educerētur, indulgentias etiā eximio IVBILEI nomine inſignitas pro illis cōcedere cōſueuerint. At hoc in eum locū, vbi de IVBILEI neceſſitate ex parte finis agendum eſt, differatur.

5. VErum ne cōtra dialecticorum regulam de genere in genus tranſire videamur, & hoc iaciendum eſt fundamentū, Theologiā ſcilicet & Philoſophiam differre quidem plurimū (vna enim ex reuelato, alia ex naturali oritur lumine: illa, ſaltem quantum attinet ad principia, diuinitus infunditur; hæc labore & exercitatione cōparatur) nihilominus, quia veritati non eſt contraria veritas, neq; lumen lumini aduerſatur: et, quemadmodum ex D. Petro, & Propheta aperte colligitur, vtraq; ex luce illa, in qua tenebræ non ſunt vllæ, promanat; magna cōueniunt affinitate; Ea ſcilicet, qua cū architectonica ſub ſeruiētes artes; cum ciuili, militaris; atq; cum domina, ancilla conuenire dignoſcuntur. Id quod iuxta cōmunem Theologorū interpretationē ſignificauit Salomon, cùm dixit: Sapiētia miſit ancillas ſuas, ut vocarēt ad arcē, & ad mœnia ciuitatis. Porrò clariſſimum euidētiſſimūq; huius rei ſignum eſt, quòd Theologi oēs, etiam priſci illi, quos iurè optimo Patres appellant,

Ariſt. *2. Pett. 1* *Pſal. 4* *1. Ioa. 1* *Pro. 9*

pellant, in tantũ Philoſophorum do-
ctrinis atq; ſententijs ſuos inſerciũt
D. Hiero. libros, inquit in Epiſtola ad magnũ
Epiſt.84. Oratorẽ D. Hieronymus, vt neſcias,
quid in illis primũ admirari debeas,
eruditionem ſęculi, an ſcientiam ſcri
pturarũ. Et quidem non videtur, quì
fieri poſſit, ut quis, citra miraculum,
fidei veritatẽ, aſſertionesq; Theologi
cas ab hæreticorũ quorũdã inſidijs,
verſutijsq; Philoſophorũ abſq; natu
ralis philoſophię peritia ualeat tueri.
Nequè enim hæreticum illum Cel-
ſum Origenes tam ſtrenuè proſterne
re potuiſſet vmquam, niſi ipſe quoq;
magnus ſuiſſet philoſophus. Metho-
dius quoquè, Euſebius, & Apollina-
ris aduerſus Porphyrium Peripatheti
corum acutiſſimum pro Chriſtiana
pietate abſquè excellenti naturalis
Philoſophiæ eruditione, triginta ędi-
tis apologeticis libris ipsũ redargue-
re, atq; funditùs perdere nequaquam
potuiſſent. Sed nequè Quadratus
Apoſtolorum diſcipulus, & Athe-
nienſis Pontifex Eccleſiæ, Adriano
Principi pariter Chriſtianę religionis
tuendę cauſa librum porrexiſſet: nec
tantæ ſuiſſet admirationi, vt grauiſſi-
mam Eccleſiæ inſectationem ſeda-
ret; niſi ipſe quoquè præclariſſimus
ſuiſſet philoſophus. Nõ igitur mirũ
cuiquã videri debet, vt hoc addam;
ſi hæretici aduersãtur, inſectãturquè
Ioa.20. philoſophiã. Ille quoq; qui malè agit
(ait in Euangelio Dominus) odit lu-
cem: & nõ uenit ad lucẽ, vt nõ argu-
Plut. de antur opera eius. Damnabat & Epi-
Platitis curus, vt ſcribit Plutarcus, dialecticã,
Philoſo- quòd ipſius argumẽta diluere, aut in
phorum. firmare, uel ſubterſugere nõ valeret.
Abducit et Mahumetes à diſciplinis
omnibus Saracenos; quoniam intelli
git, eas doctrinæ ſuę eſſe contrarias,
atq; ceu omninò inſanam, eam euer
tere poſſe. Hunc in modum etiam
Lutherani; ne quando à diſcipulis er
rores ſectari abſurdiſſimos deprehen
dantur, eos cupiunt ab omni cogno
ſcendi ratione ſeuocare. Si igitur na
turalis philoſophia ad ea, quæ ad ſa-
cram theologiam attinent, tractanda
mirum in modum iuuat; accuſari in
ſcitiæ non debemus, ſi in opere hoc,
philoſophicis rationibus nonnum-
quàm agemus.
6 DENIquè, cum ad ſcribendũ de
ſacro IVBILEO, atq; ad abſoluen
dum pro ingenij mei exiguitate de-
mandatum opus, cõplures tũ Theo-
logorum, tum Canoniſtarum euol-
uiſſem libros, ac rariſſimos, vt ſupra
diximus, qui de ipſo ſcriberent in-
uenire potuiſsem (nequè enim de il-
lis mentionem faciam, qui aut ipſius
IVBILEI inſtitutionem referunt
quàmpauciſſimis; aut Boniſacij viij.
Extrauag. cuius principium eſt, An-
tiquorum, interpretantur) & illi, quã
uis doctiſſimè de ipſo diſputẽt, tamẽ
aut plus nimiò breuitati ſtudeãt; aut
verò, omiſſo ferè IVBILEI exami
ne, circa indulgentias; D. Petri pri-
matũ; ſanctorũ Baſilicas; ac reliquias
verſentur: coacti ſuimus ea penè om
nia, quæ de illo in medium allaturi
ſumus, proprio marte excogitare. Po
ſtremum igitur quod pręiacere debe
mus, fundamẽtũ eſt, opus hoc, ſicut
& cetera omnia, ſi qua fuerint quæ
vernaculo, vel latino ſermone aut ſcri
pſimus, aut ſcripturi ſumus; certę iu
ſtiſſimæquè Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ cenſuræ ſubiecta eſſe volumus.

F. ANGELI PIENTINI DE CORSINIANO

ORD. PRAEDICATORVM, Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE SACRO IVBILEO Liber Primus.

Quòd nemo de ſacri IVBILEI inſtitutione dubitare poßit: & quomodo accipi debeat IVBILEVM, eſſe neceſſarium. Cap. I.

QVONIAM de ſacri IVBILEI neceſſitate primo huius operis libro, ſicuti polliciti ſumus, differendum eſt; ne de illius rei neceſſitate, quæ parū firma, ac ſtabilis ſit, diſputare cuiquā uideamur; operæpretium fuerit, ut ipſius IVBILEI veritatem (quod tamen, quia ex ijs, quæ mox dicturi ſumus, vel meridiana luce reddetur illuſtrius, præſtabimus quampauciſſimis) ante omnia firmare ac ſtabilire ſtudeamus.

ITA què ſciēdum eſt, cōplura quidem ac præclara Chriſtianę Eccleſię in ſacris literis tribui encomia; quæ-
lia vtiquè ſunt; quòd dicatur Ciui- Matt. 5.
tas ſupra montē poſita, quæ abſcondi
& ignorari non poteſt; Lucerna ſu- Matt. 5.
per candelabrum ſita, non ſub mo-
dio recluſa; Vitis fructifera longè la Eccl. 24.
teq; diffuſa; Regina à dextris Dei aſ Pſal. 44.
ſiſtens in veſtitu deaurato, circunda-
ta varietate; Glorioſa Chriſti Sponſa Apo. 21.
à Deo parata, & ornata viro ſuo: in
ſingularem tamen ac pręcipuam eius
laudem uerti uidetur; & ad maximā
filiorum ſuorum inſtructionem per-
tinere, quòd colūna ac firmamētum
veritatis appelletur. Quibus ſanè no-
minibus in priori ad Timotheū epi-
ſtola ab Apoſtolo deſignatur. Ait
enim: Scias quomodo oporteat te in
domo Dei conuerſari, quę eſt Eccle- 2. Tim. 3.
ſia Dei uiui, columna, & firmamen-
tum veritatis.

SC Imus apud peritos non pau-
Procul. cas, nec parum inſignes inueniri co-
lumnas; ut Memphicam apud Procu
Podian. lum, Meniam apud Pedianum, Lac-
Alexand. tariam apud Alexandrum, Vitreas
ab Al. eaſquè maximas apud Clementem,
Clē. rom. Et (vt Traianam atquè Antoniniam,
propterea quòd omnibus notiſſimæ
ſint, omittamus) illas fortaſſe de qui-
bus dicitur:

Horat. *Mediocribus eſſe Poetis,*
Non homines, non Di, non conceſſere
columnæ.

Sed nequè me fugit ĩ ſacrarũ ſcriptu
rarũ libris percelebres pariter legi co
Exo. 13. lumnas, nẽpe nubeam, igneam, cedri
Exo. 13. nas, æreas, argẽteas quoq;, & aureas,
3. Re. 7. et in his, quæ præpoſito noſtro mirũ
Eccl. 24. in modũ cõducerent, mira latere my
ſteria: attamen tã his (nubea dumta
xat excepta) quàm illis penitus omiſ
ſis, eam tantum, de qua loquitur Pau
lus, oratione perſequemur.

EA igitur ratione catholica Eccle-
ſia columna nuncupatur, quòd celſa,
ſtabilis, fortis rectaquè iure optimo
Eccl. 24. cenſeatur. Tã celſa quidem, tamq;
ſublimis eſt Eccleſia, vt in altiſſimis
Coloſ. 3. habitare; quę ſurſum ſunt, vbi Chri-
Philip. 3. ſtus eſt, quærere; & in cœlis conuer-
ſari dicatur. Quòd ſtabilis verò at-
què immobilis ſit, facilè eluceſcet, ſi
Matt. 7. perſpectum fuerit, quòd non ſuper
arenam, ſed ſuper firmam petram à
ſapientiſſimo illo architecto erecta
Matt. 16 ſit, qui dixit: Tu es Petrus, & ſuper
hanc petrã ędificabo Eccleſiã meam;
Rom. 8. Quòd portę inferi, ut idem ipſe teſta-
tur, prævalere nequeant aduerſus
eam; quòdquè certa ſit, quia nequè
mors, nequè uita, neq; creatura vlla,
quęcunq; illa ſit ſiue in cęlo ſurſum,
ſiue ſub terra deorsũ, à Chriſto auel-
li poſſit unquam. Sed numquid non
etiam eſt uere fortis, ſi terribilis eſt Can. 6.
vt caſtrorum acies ordinata? Si om-
nis armatura eius fortium? Et ſi mil- Can. 4.
le clypei pendent ex ea? Nũquid nõ Can. 4.
rectam dixeris, quæ eadem modo,
quæ credidit antea, ac poſt hac credi-
tura eſt, credit (idem etiam tam de
ſpe quàm de charitate eius dicẽdum
non ambigimus) rectum autem eſt,
vt philoſophi tradũt, cuius medium Ariſt.
non diſtat ab extremis? Quæq; neq;
in proſperis ad dexteram flectitur, ne
què in aduerſis ad ſiniſtrã inclinatur?

PORrò quòd firmamenti nomi
ne eadem ſignificaretur Eccleſia, in
cauſa fuit, primo quidẽ, ut hoc quo
què nomine mira eius ſtabilitas fir-
mitaſquè agnoſceretur. Nequè enim
neſcimus firmamentum pro ſunda-
mento ac baſi hoc in loco maximè
vſurpari; atquè iccirco Eccleſiæ veri
tatem proſus inuariabilem omnino-
què immobilẽ eſſe deſignari. Deinde
vt intelligeretur eccleſia, ſi quis eius
verba accuratè perpenderit, hoc
eſt, sì ea quæ in ipſa à Deo facta ſunt,
chriſtiana adhibita attentatione con
templatus fuerit; apertè cognoſcet,
non ſecus atquè cælum illud, quod Pſal. 18
firmamentum uocitant, admiranda
eius opera vbiquè gẽtium annuntia-
re. Rurſus cum firmamentum illud
innumerabilibus penè ſideribus de
„ coretur (vnde Abrahę dictum eſt, Gen. 15.
„ ſuſpice cœlum, & numera ſtellas,
„ ſi potes) cur nomen illud Eccleſiæ
non conueniet, quę maximo ſancto-
„ rum numero inſignitur? Qui enim
„ ad iuſtitiã erudiunt multos, inquit
„ Daniel, quaſi ſtellæ in perpetuas Dan. 12.
„ æternitates. Tandem eam maxime
ob rem firmamẽti appellatione deſi
gnatur Eccleſia, vt quam aliena ſit nõ
ab omni mendacio ſolum, ſed & ab

omni

omni prorſus dubietate innueretur. Nam, quemamodum firmamẽtum, propterea quia lumen ſuum a ſole mutuatur, nihil prorſus admittit tenebrarum, nihil caliginis, aut noctis habere poteſt: ita ſanè & catholica ecclesia, cum à iuſtitiæ ſole (ſic enim à Malachia appellatur Chriſtus) doctrinę ſuæ lumen recipiat, uſquè adeo ab omni errorum fallaciarumquè obſcuritate auerſa eſt, vt de eius aſſertionibus, communibuſquè inſtitutionibus, aut ſanctionibus nullus cuiquã relinquatur dubitandi locus. Verum, vt id magis ac magis pateſceret; non columna, ac firmamentum modo, ſed columna et firmamentum veritatis appellata eſt: Nimirũ quia habet magiſtrum veritatis, illum videlicet, qui ait: Ecce ego vobiſcum ſum vſquè ad conſumationem ſeculi. Spiritũ veritatis, quẽ illi miſit, qui dixit: Mittam vobis ſpiritũ veritatis. Oratorem, imò Exoratorem veritatis (Exauditus namquè eſt pro ſui riuerentia) illum nempe, qui ait: Oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et ipſa quoquè (quod ex prędictis liquidè ſequitur) non docet niſi veritatem. Ei namquè dictum eſt: Aperi os tuum, & implebo illud. Et rurſus: Dabo verba mea in ore tuo.

Mal. 4

Matt. 28

Ioa. 15.

Hib. 5.

Luc. 22.

Pſal. 80

Hie. 1.

SI Ergo Eccleſia columna & firmamentum veritatis, ac vera certaq; veritatis magiſtra, more veteris ſinagogæ (omnia enim in figura contingebant illis) ſtatuit, vt poſt certum annorum circulũ, pro cõmuni chriſtianorũ ſalute ſacer haberetur IVBILEVS, omneſquè, ut eius participes fieri contendant, adhortatur; quis fidelium ipſius IVBILEI veritatem in controuerſiam poterit reuocare? Rurſus, ſi Deus in catholica eccleſia, quam in columna nubis Iſraelis populum, in promiſſionis terram ducente delineatam cernimus; ſuæ doctrinę ſuggeſtum habere perhibetur, cõdicitur: Et tronus meus in columna nubis: Et ſicut iuxta prophetæ teſtimonium: Tunc in columna nubis loquebatur ad eos; ita & nunc, quę neceſſaria ſunt loquitur (ait enim: Qui vos audit, me audit) Deus autem non eſt quaſi homo, ſicut alio dicitur loco, vt mentiatur, nec ut filius hominis, vt mutetur; quis toto cordis affectu eam non amplectetur? Deniquè ſi IVBILEVS, vt inferius demonſtrabimus, verum certumquè eſt Dei opus; firmamentum autem, in quo errorum tenebras eſſe non poſſe dicebamus, ideſt, eccleſia opera manuum eius, vt propheta teſtatur, annunciat; quis ſacri IVBILEI doctrinan ceu veriſsimam certiſsimamquè non ſequetur? Sed ſufficiat hæc in præſentiarum de ipſius ſacri IVBILEI veritate dixiſſe. Iam de eius neceſsitate diſſeramus.

1. Cor. 10.

Exo. 13.

Eccl. 24.

Pſal. 98.

Luc. 10.

Nu. 23.

Pſal. 18.

SCIENDVM igitur, quemadmodum quatuor ſunt cauſſarum genera, ſcilicet efficiẽs, finale, formale, & materiale; ita etiam quatuor modis dici poſſe aliquid neceſſarium. Primo quidem ex parte cauſæ efficientis. Nam ſi agens vſque adeo naturaliter operatur, vt ab opere illo ceſſare nõ poſſit (quo ſanè modo naturalia quæque in ſuis ſe habent operibus) neceſſario operari conuincitur. Si verò liberè quidem agit; ſed tamen, quia ad opus illud exercendũ vehementer inclinatur, aut etiam, ut

B in

in actionem illam intendat, ratio po-
ſcit; neceſſariò quoquè operari non-
numquam dicitur. Quo loquẽdi ge
3. Sent. nere vtuntur Theologi, cum dicunt:
Dei verbum neceſſariò humanam aſ
ſumpſiſſe naturam. Differunt autem
hæc agentia, quoniã quæ primo mo
do agunt, abſoluta neceſſitate agere
dicuntur: quæ verò altero, neceſſita
te propenſionis, aut congruentiæ cen
ſentur operari. Secundo autem mo-
do, ſcilicet ex parte finis, illud dicitur
neceſſarium, quo veluti medio quo-
dam, ad finem ipſum peruenitur. Et
hoc quoque diuiditur, quoniam aut
eſt neceſſarium ad eſſe, aut ad bene
eſſe. Illud enim dicitur neceſſarium
ad eſſe, ſine quo ad præſtitutum finẽ
accedere nemo poteſt. Porrò neceſ-
ſaria ad bene eſſe res illa nũcupatur,
ſine qua poſſet quidem aliquis, ſed
non ea facilitate, ad pręconceptum
finem peruenire. His autem duobus
neceſsitatis modis vſus eſt D. Pau-
Heb. 11. „ lus. Primo quidem cùm dixit: Ac-
„ cedentem ad Deum oportet crede
re. Eſt enim fides vſquè adeo neceſſa
ria, vt impoſſibile ſit (ſicut idem ip-
Heb. 11. ſe teſtatur) abſquè illa placere Deo.
Altero verò, cùm ſcripſit Philippẽ
Philip. 1 ſibus, Melius quidem ſibi eſſe ex hac
vita migrare, & eſſe cum Chriſto; ſed
propter eos, qui crediderant, ut ad-
huc viueret, neceſſarium. Porrò ne
ceſſarium tertio modo, nempè ex for
ma, illud cenſetur, quod ex forma ip
ſa non prouenire nõ poteſt; ſicut ho
mo eſt riſibilis, quia rationalis.
Quarto deniquè modo neceſſarium
eſt, quod ex materia ipſa neceſſe eſt
proficiſci; quemadmodum dicunt
Philoſophi, omnia compoſita ex ma
teria neceſſariò obnoxia eſſe corrup
tioni.

ATQVI certũ eſt IVBILEVM
quoquè his quatuor cauſarum gene-
ribus (ſuo tamen modo) conſurge-
re. Eſt enim ipſius effectrix cauſa
Deus; finalis homo; materialis indul
gentiarum theſaurus; formalis au-
tem quies, aut etiam diſpoſitio illa,
qua à quolibet alio indulgentiarum
genere differt. Quo fit, vt ſi videre
volumus, num neceſſe fuerit IVBI-
LEVM inſtituere; ipſius cauſas di-
ligenter expendere debeamus. Et ne
abſquè ordine in narrando proceda-
tur, earundem cauſarum diſpoſitio-
nem, quam præmiſimus, proſequi
curabimus. Illud interim lectorẽ cõ
monentes, nempè nequaquã in ani-
mo eſſe, vt de abſoluta neceſſitate ex
parte cauſæ agentis, uel de neceſſita-
te ad eſſe ex parte finis; ſed tãtum de
neceſsitate congruentiæ, dequè neceſ
ſitate ad bene eſſe diſſeramus; vt ſci
licet oſtendamus maximè conueniẽs
atquè perutile fuiſſe ſacrum inſtitue-
re IVBILEVM.

Quòd neceſſaria fuerit ſacri IVBILEI inſtitutio ex parte Dei. Cap. 2.

VERVM, antequam
de IVBILEI ne-
ceſſitate ex parte agẽ
tis tractemus, præ-
mittendum eſt, effe- 4. Sen. d.
ctricem cauſam, aut 14.
principalem eſſe, aut inſtrumẽtalem,
aut verò miniſterialem: quod Theo-
logorum doctrina, vbi de peccatorũ
remiſſione agunt, facilè explicatur.
Dicunt enim, atq; apertiſſimis ſacra-
rum

rum ſcripturarũ cõprobant teſtimo-
niis, Deum ueluti principalem agen
tem peccata dimittere,id quod Lucę
Luc. 7. ,, ſeptimo habetur, vbi dicitur: Ne-
,, mo poteſt dimittere peccata, niſi
,, ſolus Deus. Chriſtum uerò tam-
quam inſtrumẽtalem, pręcellentem
tamen,atque cõiunctam; vnde ſcrip
,, tum eſt: Vt autem ſciatis, quia fi-
Matt.9. ,, lius hominis habet poteſtatem in
,, terris dimittendi peccata. Sacer-
dotem autem,illum ſcilicet qui pęni
tentem abſoluit, vt Dei miniſtrum;
quod Dominus noſter docuit, cum
,, dixit. Quorum remiſeritis pecca-
Ioa.20. ,, ta, remittuntur eis. Hoc idem &
de IVBILEO dicimus. Eius quip
pe inſtitutio à Deo eſt,tamquã à prin
cipali agente;à Chriſto veluti ab in-
ſtrumentali; à ſummo autem Pont.
tamquam à miniſteriali cauſa depen
det. His ergo præmiſſis,dicimus ex
parte cauſę principalis, nimirum ex
parte Dei,neceſſarium fuiſſe IVBI-
LEVM ipſum inſtituere.

1. NAM quamuis creaturæ om-
Gen. 1. nes intantum bonę ſint,ut de ipſis in
,, ſacto Geneſi apertiſſime dicat. Vi
,, dit Deus cuncta quæ fecerat, & e-
,, rant valde bona: licet quædã ex il
lis ſint meliores, quædã verò minus
bonæ (id enim mundi huius abſolu
tio, diuinarumquè perfectionum pa
tefactio poſtulabat) nihilominus De
us ipſe vſquè adeo bonus eſt, tanta-
què bonitate cetera antecellit; vt ſi
cum eo comparentur, bona eſſe mi-
2. Macb. 1. nimè videantur. Id quod in Nee-
mie precatione, in qua Deus ſolus,
bonus eſſe dicitur,apertè deſignatur.
Sed & Dominus noſter haud imma
niſeſtè docuiſſe videtur.Etenim cum
à quodam bonum ſe appellari audiſ
ſet, qui tamen ipſum Deum eſſe ne-
quaquam opinabatur;eum illico cõ
,, peſcuit. Nã cùm diſſet, Magiſter Matt.10.
,, bone,quid faciẽdo vitam ęternam
,, poſſidebo? ſtatim reſpõdit: Quid
,, me bonũ dicis? Nemo bonus, ni
,, ſi ſolus Deus. Ac ſi apertius dixiſ-
ſet. Cùm me purum hominem,qua
lis tu es, ceteriquè ſunt, eſſe exiſti-
mes; cur me uel bonum vocate non
times? An ignoras ex creaturis omni
bus inueniri poſſe nullam, quæ boni
tatis nomine gaudere queat, cùm De
us ipſe tantum ſit bonus? Solus enim
Deus ſuapte natura, ſeu per eſsẽtiam
bonus eſt,cetera uerò(vti ex D. Dio- D.Diony.
nyſio didicimus) non niſi participa-
tione quadam ſunt bona. Ea autem
eſt ipſius boni natura, ut ſuimet com
municatiuum ſit. Vnde & mũdi to-
tius creatio, & mirabilis hominis re
paratio ex ipſius immenſi boni com- 2. Sent.
municatione à Theologis compro- 3. Sent.
bantur.Peccatorum quoquè ſingulis
diebus celebratur iuſtificatio,qua iis,
qui iuſti fiunt, non ſolum omnia di-
mittuntur peccata,ſed etiam gratia il
la donatur,qua (vt Apoſtolorũ Prin 1.Pet. 1.
ceps teſtis eſt) uel diuinæ fiunt cõſor
tes naturę. Quo fit,ut eiuſdem boni
tatis eſſe uideatur, ut nonnumquam
etiam peccatorum pœnas illis dimit
tat (quod pręſertim in IVBILEO
ſeti inferius apertè demonſtrabitur)
quibus confert & gratiam.

2. AD hæc, ſi bonum eo modo ad-
uerſatur malo,quo lux opponitur te-
nebris; & nulli non patet,ſolem,vbi
lucere cęperit,tenebras omnes ex no
ſtro cæli circulo effugare, certè non
incongruum videtur; vt,quemadmo
dum bonũ hoc verè maximũ, Deus
ſcilicet, malum culpæ ab illis, quos
,, iuſtificare dignatur,expellit (Ne-
,, mo enim poteſt peccata dimitte- Luc. 7.

„ re, vt paulo ſuperiùs ex Euangelio
„ dicebamus, niſi ſolus Deus) ita
et à malo pœnę nonnunquã eoſdem
eripiat; ea inprimis ratione quòd, ſi-
cut dicetur inferius, citra iniuſtitiam
ullam id facere poſſit. Cùm igitur
IVBILEI tempore hoc præcipuè
præſtet; conſequens eſſe videtur, vt
ad manifeſtandam magis magiſquè
oſtendendam inmenſam Dei bonita
tem, ipſum inſtituere opus fuerit.

3. CETERVM, ſi ad ſingula-
rem illam Dei prouidentiã, qua chri
ſtianos omnes gubernat, mentis oc-
culos cõuertemus; idipſum adhuc
clarius cõſpiciemus. Tantam enim
eorum curam gerit, ut cetera modo
quodam deſerere videatur: quod, cũ
de chriſtianis loqueretur, innuens
1. Cor. 9. „ Apoſtolus dixit. Numquid Deo
„ cura eſt de bobus? Hinc in illis
naſcentis Eccleſiæ primordiis dedit
eis Apoſtolos; qui velut ſal terræ, vir
Matt. 5. tutum omnium ſapore eos condirẽt;
ceu lux mundi, illos illuminarent; &
Pſal. 44. tamquã glorioſi huius vniuerſi Prin
cipes eos dirigerent. Verùm his ad
cœlum ſublatis, ingẽtem Martyrum
numerum eiſdem contulit, vti cùm
eos viderent pro fidei veritate liben
ter innoxium fundere ſanguinem; et
eam ardentius diligerent, & illi firmi
us in hærerent; atquè iccirco turbu-
lentis procelloſiſquè temporibus il-
lis non tantum eam, quæ ueros de-
cet chriſtianos, ducerent vitam; verũ
etiam pro Chriſti nomine illorũ per
moti exemplo diuerſa pęnarum ge-
nera ſubire, ſed uel mortem oppete-
re minimè dubitarent. In iſtorũ au-
tem locũ; cũ ex hac mortali uita mi-
graſsẽt, ab eadẽ diuina ipſius Dei pro
uidẽtia ſuffecti ſunt Confeſſores, qui
pro Chriſtianorum ſalute nullum di-
ligentis paſtoris prætermiſerunt un-
quam officium, nullum ſubterfuge-
runt laborem, nullum non ſubierũt
periculum, quãtumuis magnum, ac
manifeſtum. Quiquè doctrina et mo
ribus populos inſtruebant, miracu-
lis cõfirmabant, & precibus ad Deũ
fuſis à peccatis omnibus, quoad fieri
poterat, cohibebant. Ceterum cùm
ij omnes, nempè Apoſtoli, Marty-
res, & Cõfeſſores, vt charitatis legem
verè perfectèquè ſeruarent, ac propte *Matt. 22.*
rea Deum, proximumquè toto men *Deut. 6*
tis affectu diligerent; nulli dubium
eſſe debet, quin & operam darent, vt
pœnalibus operibus (tàm raro enim,
ac tam leuiter delinquebant, ut mini
ma viderentur indigere ſatisfactione)
pro alijs ſatisfacere niterentur. Cùm
igitur hi quoquè deeſſent, & multo-
rum iam tepeſcere, imò refrigeſcere *Matt. 24*
charitas cœpiſſet, ideoquè rariſſimi
(ne nullos dixerim) qui pro aliorum
erratis diuinę iuſtitiæ ſatisfacere cu-
rarent, inuenirentur: Deus, ne ſingu
lari prouidentię ſuæ, quam de Chri-
ſtianis eum habere dicebamus, de-
eſſe videretur; Romanum Põtificem
ac totius Eccleſię præſidẽ inſpirauit,
vt ſanctum IVBILEI annũ veluti
maximè neceſſarium, propterea
quòd tunc longè vberius, ac co
pioſius quàm quouis alio tẽ-
tempore, pretioſus indul-
gentiarũ theſaurus pro
criminum expiatio-
ne diffundatur,
inſtitueret.

Quòd ex parte Chriſti Saluatoris noſtri ſacri IVBILEI inſtitutio fuerit neceſſaria. Cap. 3.

SED ſi Dei ac D. N. Ieſu Chriſti res geſtas obſeruauerimus, eiuſquè conſilium, quatenus ex his quæ dixit, agnoſci poteſt, fuerimus perſcrutati; idipſum ſcilicet quòd IVBILEVM inſtituere fuerit neceſſarium; haud difficile percipiemus.

1. CVM enim in mundum hunc veniſſet, non quidem, vt veterem ſolueret, aut irritam faceret legem; ſed
Matt. 5. „ vt eam adimpleret, ac perficeret
„ (Ait enim: Non veni ſoluere legẽ
„ ſed adimplere) profectò neceſsè ſuit; vt ea omnia, quæ lex ipſa præcepiſſet; obſeruaret. Qua quidem de
Luc. 2 cauſa iuxta eiuſdem legis præcepta, die octaua voluit circumcidi; in tem
Luc. 2 plum deferri; Deo patri præſentari; pro ſe par turturum, aut duos pullos
Luc. 2. columbarum offerri; parentibus ſub
Matt. 26 di; ſtatis diebus Iereſolymis cœleſti Patri diuinum redere cultum; ſingu-
Leuit. 25 lis annis Paſcha celebrare: ceteraquè omnia, quæ lege ipſa pręciperentur; diligentiſſimè efficere. Qua propter cùm iuxta legis ſtatuta, IVBILEVS fieri deberet; neceſſe fuiſſe videt, quoniam ea ſeruare ſtatuerat, vt ipſe quoquè illum, ſaltem modo aliquo, celebraret.

PRIMO igitur IVBILEVM ſeruauit, quùm Samaritanæ fornica Ioa. 4
tiones, Adulteræ flagitium, Magda- Ioa. 8
lenę crimina, atquè furta latroni, ci- Luc. 7
tra ſatisfactionem vllam, quæ alio- Luc. 22.
quì neceſſaria fuiſſe uidebatur, dimiſit. Ab illis quoq; IVBILEVM ſecum celebrari volebat; quos grauiſſima peccatorum ſarcina leuare, dulciſſimaquè conſcientiæ requie donare, ſi ad ſe veniſſent; pollicebatur, Mett. 11
„ dicens: Venite ad me omnes, qui
„ laboratis, & onerati eſtis; & ego
„ reficiam vos; & inuenietis requiẽ
„ animabas veſtris.

AT verò cùm iam à mortuis reſurrexiſſet, aſcendiſſet in cælum, & ad Patris dexteram collocatus eſſet; cumquè iam quinquageſimus à reſurrectione ſua dies aduenifſet, vt ei⁹ diſcipuli inſignem haberent IVBILEVM; paracletum ſpiritum ſan- Ioa. 14
ctum, ſicut non ſemel atquè iterum Act. 2.
promiſerat, illis contulit: qui eos tanta cumulauit gratia, tot virtutibus cohoneſtauit, tot ditauit muneribus; vt non ſolum peccatorum omnium veniam, cuntarumquè illis remiſſionem contulerit pœnarum (quod IVBILEI eſt proprium) uerum vſquè adeo gratia firmos ſtabileſq; eos effecerit, vt, D. Tho. teſte, ab ea cadere D. Thom.
potuerint numquam. Qua propter uer. 9. 24
anniuerſaria ſolemnitate, nõ abſquè ar. 9.
ingenti gaudio, ſancta Eccleſia diem illam iucundiſſimâ recolens canit:

PATRATA ſunt hæc myſticè,
Paſchæ peracto tempore;
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remiſſio.

2. SED neque IVBILEI huius iugi cõmemoratione cõtentus (quippe qui, cum eiuſdem eſſet cum Patre bonitatis, eandem gerebat & de Ec-

cleſia

eleſia prouidentia) uoluit, ut quotannis communi chriſtianorum lętitia in ea verus abſolutuſquè fieret IVBILEVS. Vnde & vates ille diuinus Iſaias, cum de rebus illis loqueretur, quas ſub diuinæ gratię tẽpore factu-rum agnoſcebat Meſſiàm; iis, quos ip ſius doctrinam nouerat ſuſcepturos,
Eſa. 25. „ dixit: Gratis venundati eſtis, & ſi- „ ne argento redimemini. Ac ſi pau lo dilucidius dixiſſet: Equidem video, idquè & vobis longè ante prænuntio, quoniam quemadmodum abſquè pretio ullo (quę ueſtra fuit in ſania) ir. peccati ſeruos voſmetipſos vendidiſtis, cùm in ſcelera illa corrui ſtis, atquè propterea grauiſſimarum debitores effecti eſtis pęnarum, quę haud iniuſtè vos manent: ita etiam ſi ne quouis pretio, aſquè ulla ueſtra ſo lutione, ſed ditiſſimo indulgẽtiarum theſauro (dũmodo ea, quæ uobis miſericorditer iniungentur, diligenter ac piè facere ſtudeatis) uerè perfectequè redimemini.

3. VERVM, ſi eiuſdem Dei ac Saluatoris nři Ieſu Chriſti erga nos miſericordiam diligentius expenderimus; id ipſum citra laborem vllum poterit confirmari. Ea enim tam magna eſt, vt, quemadmodum in ſecunda ſecũdę docet ſanctus Thomas, ce-
D.Thom. teris diuinis eius virtutibus dignior
22.930. eſſe iure optimo cenſeatur. Nam ſi
ar. 4. de illa, iuxta id, quod ipſius natura poſcit, agamus; & paſſionem ſeu dolorem, quẽ ob alterius ærumnam in corde progignit, ab ea detrahamus (quod ab ipſa Dei miſericordia, cũ abſolutiſſima ſit, abeſſe liquet) ſanè, cum aliorum indigentiis miſeriiſquè opem ferre debeat, neceſſe eſt, vt ęrũ narum omnium, calamitatũquè ſit expers. Cùm autem, quęuis recepti-ua potentia miſeria quędam cenſeatur (vnde iuxta Philoſophorum dogmata, miſera habetur materia, et humanus intellectus pariter diiudicatur miſer, quòd hic ſcientia careat, quam concupiſcit; illa verò forma, qua exornari optat, priuetur) cũquè tam præſtans, tam digna, tamquè ex-
„ cellens eſſe debeat; cõſequens eſt, „ inquit in præallegatum D. Tho-
„ mæ librum Caietanus, ut purus a- *Caiet. in*
„ ctus ſit, vt sũma natura ſit, vt Deus *22. 30.*
„ ſit. Quoniã igitur nulli ceterarum *ar.* 4.
diuinarum virtutum, ſi iuxta earum naturam conſiderentur, id tribui poteſt; reuera iure optimo omnium cẽ ſetur pręſtantiſſima. Verùm, quoniã teſte Propheta, Dei miſericordia ab ęrumnarum noſtrarũ agnitione pro- *Pſal.* 102
„ ficiſcitur (ait enim: Quomodo mi „ ſeretur Pater filiorum, miſertus eſt „ Dominus timentibus ſe, quoniam „ ipſe cognouit figmentum noſtrum) miſerias verò noſtras ex iis, quę paſ- *Heb.* 8. ſus eſt; quum tentatus fuerit per omnia per ſimilitudinem abſque peccato, melius agnouit; nulli dubium eſſe debet, quin ipſa Dei miſericor- *Heb.* 4. dia poſtquam ex altiſſimo cœlorum faſtigio ad nos deſcẽdit, & habitu in uentus eſt vt homo; longè maior ef- *Philip* 1. fecta eſſe videatur. Quam ob rem & *2. Cor* 1. miſericordiarũ Pater, & Deus totius conſolationis, & Diues in miſericor *Eph.* 2. dia, vbi nobiſcũ eſſe voluit, nũcupat. Dicitur quodq;, quod nõ habeamus *Heb.* 4. Pontificẽ, qui infirmitatibus noſtris compati, noſtriquè miſereri nõ poſſit. Rurſus, quòd eius proprietas ſit *Ecc. in* miſereri ſemper & parcere: Quòd- *Coll.* què, parcẽdo & miſerando omnipotentiam ſuã maximè manifeſtet. Igi- *Ecc. in* tur, cùm peccatorum vinculis detine *Coll.* ri, eorũquè luendis pœnis obnoxium

eſſe,

eſſe,vt ſuo loco demonſtrabitur, ma
xima ſit, habeaturquè miſeria; rema
net, ut etiam hac de cauſa, nempè vt
ineffabilis Dei ac domini noſtri Ieſu
Chriſti miſericordia clarius patefie-
ret; conueniens fuerit ſacrum IVBI
LEVM, quo præcipuè exercetur, at
què dignoſcitur, inſtituere.

Quòd ex parte Sũmi Pon tif. neceſſarium fuerit ſacrum inſtituere IVBILEVM
Cap. 4.

SED nequè ex par
te principalis, aut
inſtrumẽtalis a-
gentis tantũ IV-
BILEI inſtitu-
tionem neceſſa-
riam fuiſſe citra
difficultatem omnem, (quod hacte-
nus facere moliti ſumus) poteſt ſua-
deri; verùm etiam ex parte miniſte-
rialis cauſæ, nimirum ex parte Papæ,
id ipſum minimè ineptè confirmari
poteſt.
1. NAM impoſſibile eſt Chriſtia-
num hominem inueniri (niſi æqui-
uoce, hoc eſt, nomine, nõ re; verbo,
non opere, chriſtianus iure haberi de
beat) qui, ſi diuinas calluerit ſcriptu
ras, conciliorum ſanctiones legerit,
Patrum doctrinæ inhæſerit, & aliquã
tulum Theologorum triuerit ſcholas
(præter id, quòd naturalis ratio, fi-
dei principiis innixa directè ſuadet)
non aſſeueret, atque palam confitea-
tur, Papã verum vnicũquè eſſe Chri-
ſti Vicarium. Qua propter, cùm ra-
tio ipſa poſcat, vt nequaquam ſit mi- *D. Ioan.*
niſter auarus, vbi dominus eſt libe- *Chriſ.*
ralis: & Chriſtus ſumma præſtet libe
ralitate, ſicut & ditiſſimus eſt Prin- *Ro. 10.*
„ ceps, (eſt enim, teſte Paulo, diues *Iac. 1.*
„ in omnes qui inuocant illum: Et ſi
„ cut Iacobus dicit, Dat omnibus af
„ fluenter, & nõ improperat) atque
propter illorũ, qui eius doctrinæ ad
hærere uoluiſſent, neceſſitatem, ingẽ
tem cõparauerit theſaurum, eiuſquè
diſpenſatorem ſummum Pont. con-
ſtituerit; opus eſt, ut pro ſubditorum
neceſſitate quibuſdam tẽporibus ip-
ſum munificẽtius diſtribuat. Id quod
IVBILEI anno maximè fieri patet.
2. AD hęc, certum eſt ſacrarum cę
remoniarum uſum perutilẽ eſſe, non
tantum, vt noſtram elatam, & ſuper-
bam ceruicem, cuius tanta eſt arro-
gantia, ut vel cœlos trãſilire; diuina-
què attingere, ac perſcrutari audeat,
rebus ſenſibilibus ſubdamus; aut ea
ratione, vt qui corpore peccauimus,
holocauſtum etiam de noſtris corpo
ribus (quippè animam & corpus ab
eo recepimus) Domino faciamus: ſed
& ad hoc maximo vſui ſunt, vt per
eas veluti ad arcana quædam ſenſuũ *Ariſt.*
miniſterio (quod proprium eſſe ho-
minum Philoſophi tradunt) capeſ-
cenda euehamur. Hac igitur de cau
ſa tam illi, qui initiandi ſunt ſacerdo-
tes, quàm qui Reges inſtituẽdi ſunt,
oleo inunguntur; vt nouerint debere
ſe eſſe miſericordes: illos quidem er
ga ſubditos; hos verò erga eos, qui
eorum ſubduntur, dominio.

QVÒD autem ſacerdotes præ-
ſertim miſericordia excellere debeãt
(Etenim hæc paulo dilucidius cupi-
mus explicare) figura quadam haud
illepida in ſacris literis deſignatur.
Legimus enim libro Regũ tertio Sa- *3. Reg. 1*
lomo-

lomonem patris ſui Dauidis iuſſu du
ctum eſſe in Gihon à Sadoch Sacer-
dote, & à Natham Propheta, ibiquè
Leuit. 4. ab eiſdem in Iſraelis Regẽ inunctũ.
Matt. 16. At cum Salomõ pacificans interpre-
Mal. 2. tetur; &, vt ex ſacris didicimus ſcrip
turis, ſacerdotũ officium ſit Deo ho-
mines conciliare, à peccatis eos ab-
ſoluere, eiſquè Dei legem elucida-
re, atque iccirco eos in veram pacem
reuocare; (præter id, quod ipſi quoq;,
1.Pet.2. vt Apoſtolorũ Princeps teſtatur, Re-
ges ſunt, & regum more inſigniun-
tur corona) manifeſtũ eſt illos in Sa-
lomone ſignificari. Porrò à Sadoch,
& Nathan propheta duci, atque inun
gi perhibetur; vt hinc intelligamus,
ſacerdotes his duobus adhibitis ſo-
ciis, hanc mundi viam ingredi debe-
re. Hinc enim & qualis inſeipſo eſ-
ſe, & quomodo cum aliis ſe gerere de
beat ſacerdos quilibet, nimirum, vt
in ſe ipſo iuſtus ſit, & erga alios miſe
ricors eſſe ſtudeat; haud obſcurè de-
monſtratur. Sadoch enim iuſtus in-
Pſal.131 terpretatur; & ſacerdotes maximè iu
ſtitiã decere, qua in ſe ipſis iuſti ſint;
„ docet, qui ait: Sacerdotes tui in-
„ duantur iuſtitiam. Sed Nathan la-
Cor. 4. tinè dicitur, Donans; quoniam ſa
cerdotum eſt nõ ſolum ſacra Dei mu
nera populis diſpẽſare; quod Paulus
„ tradidit, cum dixit: Sic nos exiſti
„ met homo, vt miniſtros Chriſti, &
„ diſpenſatores myſteriorũ Dei: Ve-
rum etiam, cum eis magna vti mi-
Coloſ. 4. ſericordia. Id namquè, & verbũ hoc,
Donare, in ſacro eloquio nonnum-
quam ſignificat, vt apud Paulũ, Do-
„ nantes vobiſmetipſis, ſiquis aduer
„ ſus aliquem habet querelam; ſicut
„ Dominus donauit vobis; ita &
„ vos. Hoc autẽ, nimirum iniurias
condonare, ad miſericordiam perti-
nere communi ſuffragio, vbi de mi-
ſericordię operibus diſſerunt, docent
Theologi. Sed ipſa quoque Salomo
nis inunctio (vt ex his, quę nunc di
cebantur, patet) & locus, quo inun-
ctus eſt, quia vallis gratiæ aut miſe-
ricordiæ interpretatur; hoc ipſũ aper Luc. 17.
tiſſimè teſtatur. Sed & ex Euangelio Luc. 5.
hoc redditur manifeſtum. Namque
in eo legimus Dominum non ſemel
miſeros, ut eorum miſererentur, ad Pſ. 118.
Sacerdotes deſtinaſſe; ſtatuiſſequè, ut
qui duriſſimis criminum funibus de Ioa.21.
tinerẽtur obſtricti, a ſacerdotibus ab
ſolutionis beneficio ex ipſis diſſolue-
rentur. Quòd verò & Reges maxi
mè miſericordes eſſe debeant, regũ Plut.
fermè omnium maximus Alexander
macedo intellexit. Cum enim Porũ
Indorum regem, vt auctor eſt Plutar
cus, ingentibus corporis uiribus, &
maioribus animi virtutibus præditũ
bello cepiſſet, & hãc corporis & ani
mi illius excellẽtiam admiratus per-
benignè eum alloquens, qua nam ra
tione ab Alexandro tractari cuperet,
interrogaſſet; Ad ea nihil Porus aliud
quam, ut pro regia dignitate ſecũ age
retur, reſpondit. Rurſus cum eum-
dem percontaretur; Num forte, &
aliud quidpiam optaret; Reſpondit,
regiam dignitatem, quæ ipſe cupe-
ret, cuncta ſecum cõtinere. Cum igi-
tur Alexander intelligeret, tũc reges
pro regia agere dignitate, cum ſe mi-
ſericorditer gerunt; nõ regnũ modò,
quod belli iure acquiſierat, Poro reſti
tuit, verũ etiã imperio eius latiores fi
nes adiecit. Reſtat ergo nõ ſacerdotes
modo, ſed etiã Reges erga indigẽtes,
miſeroſquè miſericordia præſtare de
bere: quod, & Poeta ille docuit, q ait.
Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere la
pſis. Ouid.

Cum

Cum igitur Papa ſacerdotũ omnium ac Regum vniuerſorum (quòd chriſtianorũ nulli dubium eſſe debet, & inter alios ſuadet validiſſimis rationibus, de Regimine principũ libro tertio. D. Thomas) maximus ſit; ſanè, ſi uera eſt Dialecticorum regula il-

D.Thom. Op. 20.

„ la, qua dicitur, Sicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maximum ad maximum; neceſſe eſt, ut & miſericordia ſacerdotes omnes, omneſquè Reges præcellat; ac propterea, cùm iuxta Auguſtini ſententiam,

D.Aug.

„ miſericordia ſit alienæ miſeriæ in noſtro corde cõpaſſio, qua, ſi poſſumus, ſubuenire compellimur; citius promptiuſquè ſubditorum ſuccurrat miſeriis. Qua propter quia inter miſerias omnes, vt paulo ſuperius dicebam*, maxima eſſe uidetur longiſſimis duriſſimiſquè obnoxium eſſe pœnis; & chriſtianorum plerique hac miſeria, ærumnaque laborent, à qua ditiſſimo indulgentiarum theſauro redimi poſſunt: profectò Summi Pontificis eſſe videtur (illi enim theſauri huius credita eſt diſpẽſatio) vt ſaltem peracto quodam annorum circulo, eos tam magna miſeria leuandos curet; quod cum præcipuè faciat IVBILEI anno: relinquitur, ut hac quoque de cauſa ipſius IVBILEI inſtitutio ex parte Papæ fuerit neceſſaria.

Matt.16.

3. RVRSVS, Nulla res tam potens, tamquè efficax eſſe poteſt ad obtinendum quicquid pio deſiderio poſtulatur à Deo, quàm oratio; id quod apertiſſimè docuit, qui ait:

Mar.11.

„ Omnia quæcumque orãtes petitis; credite quia accipietis, & euenient uobis. Sed quo oratio fuerit magis communis, eo efficacior erit. Ait enim idem veritatis Magiſter:

Matt.18.

„ Amen dico vobis, ſi duo ex uobis cõſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo. Si ergo duorum vel trium ſanctorum pio conſenſui omnia, quæ popoſcerint, Dominus præſtare promittit; quid negabitur multorum millium plebi, unam obſeruãtiam pariter exequenti, & per vnum ſpiritum cõcorditer ſupplicanti? Igitur quia Summus Põtifex totius eccleſiæ caput eſt atque Paſtor; ad eum ſanè pertinet, non ſolũ cauere ne lædatur, aut quouis afficiatur incommodo; ſed etiam ut deuictis hoſtibus, erroribuſq; vniuerſis eliminatis, continua tranquillitate lætetur, atq; ſecura ei deſeruiat libertate. Sed quia nullus inuenitur modus magis idoneus pro his a Deo adipiſcendis, quàm eiuſdem chriſtiani populi communes preces; neceſſe eſt, ut eos omnes, qui chriſtiana pietate fulgent, quiquè conuenire poſſunt, tempore quodam conuocet; vt pariter pro ipſius eccleſiæ ſalute, proſperitate, atque incremento precentur. Quoniam verò ea eſt hominum natura, ut non niſi utilitate trahãtur; maxima autem cenſeatur utilitas, ſi pœnæ omnes, quas pro cõmiſſis criminibus dare deberent, eis dimittantur: quod quidem maximè fit ſacri IVBILEI tempore; cõſequens eſt, vt hac quoque ratione ex parte Papæ ipſum inſtituere exiſtimari debeat neceſſarium.

4. DENIQVE; Certum eſt ceteras religiones (quas ſuperſtitiones rectius appellares) ſuos quoq; qualeſcumque fuerint, habuiſſe IVBILEOS; nimirum tempora illa, quãdo aut pro maiori Deorũ gloria, aut pro Heroum commemorãdis victoriis, colendiſuè triumphis, aut etiam

pro indigentium commodo, omnia
penè cuicumquè licebant. Ea enim
tempeſtate debitores per ciuitates
abſque timore hac illacquè circum
curſare poterant; ſerui aliqua ex par
te ſeruitutis onere leuabantur, & in-
fami atq; ſceleſto cuique vt citra pe-
riculum in publicũ prodiret, fiebat
poteſtas. Et quidẽ tales fortaſſe apud
Romanos fuere ſeculares ludi, qui
centeſimo quoque anno celebrari cõ
ſueuerant; vnde & præco, vt ſcribit
Volat. lib. 29. ,, Volaterranus, clamabat: Venite
,, ad ludos, quos nemo mortalium
,, vidit, neque viſurus eſt. Quaprop
ter rationi conſentaneum fuiſſe uide
tur, & Summum Pont. in chriſtiana
religione (hæc enim uera eſt, illæ fal
ſæ; hæc iuſta, illę iniquæ; hęc ſancta,
illæ prophanæ fuerunt) ſacrum ordi
nare IVBILEVM; vt inter alia
bona, quæ ex ipſo promanare dice-
mus, Deus ab hominibus magis ma
giſquè glorificaretur; maiori hono-
re, cumulatioriquè veneratione cole-
rentur ſancti; & eiuſdem chriſtianæ
religionis cultores; ſi quibus ſpirita-
libus premerẽtur ærumnis, quæ cor
poreis longè nocentiores atque du-
riores ſunt; ſpiritaliter iuuarentur.

Quòd, ut ſacræ implerẽtur ſcripturæ, opus fuit inſtituere Iubileum.

Cap. 5.

Ariſt. CVM autem apud Ari
ſtotelem enuntiatio-
nes illæ, quas præ-
miſſas vocitant dia-
lectici, ad efficientiũ
cauſarum genus re-
ſpectu illatæ concluſionis reuocẽtur,
noſquè IVBILEI neceſſitatem,
quatenus ab effectrice cauſa pendet,
hoc in loco ſuadere cupiamus; non
extra propoſitum erit, ſi diuinarum
teſtimoniis ſcripturarum; præſer-
tim quòd earum vnicus auctor ſit
Deus: rurſus id ipſum confirmare
curabimus.

1. SI igitur prudens lector eorum
meminerit, quæ de earundem ſcrip
turarum ſenſibus in huius operis prę
fatione dicta ſunt; hac quoque ratio-
ne facilè adduci poterit, vt in eandẽ
veniat ſentẽtiam: maximè ſi animad
uerterit Deũ in eccleſia ſua nihil vn-
quam magni momenti facere cõſue-
uiſſe, quod prius prophetis ſuis non
præmonſtret. Dicitur enim Amos Amoſ. 3.
,, tertio. Non faciet Dominus uer-
,, bum; niſi reuelauerit ſecretũ ſuum
,, ad ſeruos ſuos prophetas. At ſa-
crum IVBILEVM in eccleſia fu
turum multo ante à prophetis pluri-
bus haud obſcurè prædictum eſſe vi-
detur. Et, ut ex his aliquos referā- Pſal. 64.
mus, nonne de IVBILEO loque-
,, batur Dauid; cũ dicebat: Benedi-
,, ces coronæ anni benignitatis tuæ,
,, & campi tui replebũtur vbertate?
Annus quippe benignitatis Dei, ſci-
licet, quando Deus ſolitò benignio-
rem, humanioremquè ſe ſe exhibẽs;
benedicenſquè populo ſuo, vniuerſa
delicta ei condonat; annus eſt IV-
BILEI, quando idem chriſtianus
populus vndiquè ex omnibus mun-
di partibus, ceu ex latiſſimo quodam
circulo (quem quidẽ populum prop
terea coronam vocat) congregatus
Romæ ipſius IVBILEI ſolennita
tem celebrat. Nonne & Iſaias Chri
ſti perſonam referens, (vt ipſemet
Deus ac D. N. mox exponere nõ de-
dignatus eſt) IVBILEVM fore Luc. 4.
prædixit,

prædixit, cum in hæc verba prorupit
Eſa. 61. „ Spiritus Domini ſup me, eo quòd
„ vnxerit me: ad annũtiandum man
„ ſuetis miſit me, Vt mederer contri
„ tis corde, & prædicarem captiuis
„ indulgentiam, & clauſis apertio-
„ nem: vt prædicarem annum placa-
„ bilem Domino, & diem vltionis
„ Deo noſtro: vt conſolarer omnes
„ lugentes? Indulgentiæ enim prædicandæ tempus illud eſt, quo diuini verbi concionatores peccatorum remiſſionem (ſic enim verbum illud,
Luc. 4. Indulgentiam, Dominus interpretatus eſt) prædicare debent, & iis, qui tenebrarum carceribus detinentur, liberationem. Sed & IVBILEI annus, propterea quòd Deus tunc hominibus placari dignetur; iure optimo placabilis annus nuncupatur.
De eodem non immanifeſtè prophe-
Hiere. 31 „ tauit & Hieremias, cum dixit. Ec-
„ ce dies venient, dicit Dominus,
„ quia propitiabor iniquitati eorũ,
„ & peccati eorum non memorabor
„ amplius. Quibus ſanè uerbis quid aliud ſignificatur; niſi futurum aliquando tempus, in quo Deus non ſolum culpas omnes dimiſſurus erat, ſed etiam cunctarum pœnarũ (quòd nequaquam, vbi culpa dimittitur, fieri ſemper putandum eſt) obliturus? Neq; enim fieri poſſe videtur, vt quis pœnas quoque illi, à quo læſus eſt, nõ dimittat; ſi iniuriarum, quas ab ipſo perpeſſus eſt, penitus obliuiſcatur: quod tamen, uidelicet vt dimiſſis criminibus condonentur & pœnæ, in IVBILEO præſertim fieri, et ſupra non ſemel diximus & infra validis (ni fallor) docebimus argumentis.
Id ipſum modo quodam prædixiſſe videtur & Salomon, cùm de theſauro illo, qui in IVBILEO potiſſimum communicatur, deque præcipuis illius conditionibus loqueretur,
„ dixit: Infinitus enim theſaurus eſt *Sap. 7*
„ hominibus, quo qui vſi ſunt, par-
„ ticipes facti ſunt amicitiæ Dei. Sed hæc prophetia in quartum librum, vbi de IVBILEI fructibus ſcribendum eſt, differatur.

CVM igitur opus ſit ea omnia per *1. Pet. 1.*
„ fici, quæ ſpiritu ſancto inſpirati, lo
„ cuti ſunt ſancti Dei homines (ait enim ipſe prophetarũ omnium Do-
„ minus: Neceſſe eſt impleri omnia *Luc. 24.*
„ quæ ſcripta ſunt in prophetis &
„ pſalmis de me) quòd eadem & de ceteris omnibus aſſerendum eſt ratione) profectò nemo inficias ire poteſt, ualde neceſſariã fuiſſe ſacri IVBILEI inſtitutionem.

2. AD hæc, certum eſt, ea, quæ in veteri lege, & præcipuè quæ Dei præcepto fiebant, typum geſſiſſe eorum, quæ mox fieri oportebat in noua. Nã vt teſtante Apoſtolo didicimus, Om *1. Cor. 10*
nia in figura olim contingebant Iudæis. Quapropter quemadmodum ſynagoga figuram geſtabat eccleſiæ, Apoſtolorum verò Prophetæ, Confeſſorum autem Patriarchæ, & ſacramẽtorum ſacrificia; ita etiam antiquus Hebræorũ IVBILEVS (ſicut in Extrauagante Clemẽtis vj. habetur: ratio poſtulat: & ex precatione illa, quã in ſanctæ portæ patefactione habet Summus Põtifex, apertiſſimè colligitur) in IVBILEI chriſtianorũ typum erat inſtitutus. Si ergo neceſſe fuit, vt figuris figurata ſuccederent; numquid non etiam neceſſariũ fuiſſe uideri debet, vt noui IVBILEI inſtitutio veteris IVBILEI inſtitutionem ſequeretur? Sed quia fortaſſe pluribus quam opus eſſet de IVBILEI neceſſitate ex parte efficientis

cauſę hactenus diſputatumeſt,nunc ad reliquas eius cauſas tranſeamus.

Quòd IVB ILE I inſtitutio neceſſaria fuerit ex parte finis. Cap. 6.

CETERVM, vt primo uideamus, num ex parte finis neceſſaria fuerit I V B I L E I inſtitutio; animaduertēdum eſt, finem diuidi conſueuiſſe in principalem, ac ſecundarium. Porrò principalis finis dicitur, in quem res illa, cuius eſt finis, potiſſimū ordinatur, quemadmodum eleemoſynæ finis, cum hac pręſertim ratione inſtituta ſit; Dei honor eſſe perhibetur. Ait
,, enim ſapiens. Honota Dominum
Pro. 3. ,, de tua ſubſtātia; & de primitiis fru
,, gum tuarū da pauperibus. Secundarius autem finis dici conſueuit, in quem res illa, cuius eſt finis, ſecundò dirigitur: quo ſanè modo pauperum ſubſidium pariter eleemoſynæ finis eſſe putatur. Scriptum eſt enim.
Eſa. 58. ,, Si uideris nudū, operi eum; & car-
,, nem tuā ne deſpexeris. Atqui primus I V B I L E I finis (etenim ipſe quoque tam in principalem, quàm in ſecundarium ordinatur) vt ex Sūmorum Pōtificum diplomatibus colligitur, eſt illis pręcipuè ad ſatisfaciēdum opem ferre, qui tam graui pręmuntur peccatorum pondere; ut pro eis pręſenti ſeculo uix ſatisfacere valeant. Alter uerò ipſius I V B I L E I finis eſt, ut & animabus in purgatorio detentis feratur auxilium. Cum enim Summi Pontifices optimè nouerint, quantum poſſit erga parētum defunctorum animas pietas filiorum (vt ea, quę de cognatis, conſanguineis, amicis, vxore, uiro, dequè ſimilibus ſanguine, aut affinitate, uel etiā neceſſitudinis fœdere iūctis dici poſſent, miſſa faciamus) & quàm ardenti ferantur deſiderio, ut eorumdē animæ ex incendio illo eripiantur; magnifica ſed et certa, ſecuraquè pollicitatione; nimirum quòd pœnæ omnes, quotquot pro delictis diuina id exigenre iuſtitia, adhuc ſubire deberent, illis condonabuntur; eos ad I V B I L E V M trahunt; alliciuntquè, vt vnà ea quoque efficere conētur, per quę nouerint illorū animas, quos ſingulariter dilexerunt, è grauiſſimis purgatorij pœnis liberari. Id autem tunc Summi Pōtifices faciūt; cum dant operam, ut illi, quos ad ſacrū conuocauerint I V B I L E V M, agnoſcant Romę complura eſſe altaria hoc inſigni decorata priuilegio, vt quicumque in quouis eorum pro defunctorum animabus, aut rem ſacrā peregerit, aut petagi ſtuduerit; pijs eius votis ſatisfieri; nempè ut animæ illæ eripiantur, pro quarum liberatione ſacroſanctum ſacrificium Deo offerri curauerit. Item idipſum eiſdem, I V B I L E V M videlicet lucraturis manifeſtè pręſtant, cum iu cauſa ſunt, vt ſciant ibidem in Eccleſiis quibuſdā ſacras celebrari ſtationes, vbi mortuorum animę piorum obſequiis è purgatorij pœnis eruuntur. Quo fit, vt Summi Pontifices anno illo, qui iure optimo ſanctus nuncupatur, potenti efficaciquè ſacri I V B I L E I occaſione, Chriſtianorum quamplurimos Romam venientes inducant, vt eorum, quos pręcipuè amauerūt, animas liberari contēdāt.

HIS

HIS igitur præhabitis, dicimus, & abſquè hæſitatione vlla conſtantiſſimè aſſeueramus, ſacri IVBILEI inſtitutionem, quantum ad principalem finem attinet, fuiſſe neceſſariam: quod, etſi nemini in dubium verti poſſit, his tamen pro clariori doctrina ſuadebimus argumentis.

1. PRIMO quidē, quoniā tam labiles ſunt fermè homines oēs, tāque ad perpetranda peccata procliues; ut & de illis, quod olim de quibuſdam aliis dixit Propheta, ferè dici poſſe

Pſal. 13 „ videatur, Hoc eſt: Dominus de cœ„ lo proſpexit ſuper filios hominū, vt „ videat, ſi eſt intelligens, aut requi„ rens Deum. Omnes declinauerūt, „ ſimul inutiles facti ſunt: non „ eſt qui faciat bonum, nō eſt vſque „ ad vnum. Verum quippè eſt, vnum alio fragiliorem eſſe, & ad peccandū magis procliuem; quemadmodum & in bello vſu venire ſolet, vt quidam fortiores magiſquè ſtrenui ſint, quidam uerò non tam fortes; illi nauiter pugnent, iſti nec conſerere manus audeant: attamen quàm pauciſſimos eſſe, qui athleticè decertent, ſeu qui ſæpius non cadant, iugi experimento dignoſcitur. Quo fit, vt com plures inuenias, qui tam graui premantur peccatorum ſarcina: vt facilè exiſtimares, illos diuinæ iuſtitiæ pro luendis culparum pœnis ſatiſfacere nūquā poſſe. Qua propter neceſſarium fuiſſe cōuincitur, ſanctam eccleſiam; quæ ſpiritus ſancti illuſtratione dirigitur, ueluti piam matrem;

Eſa. 49. quæ filiorum ſuorum, vt eorum non miſereatur, obliuiſci non poteſt: aliquam temporis partem, vt potè certum annū ſtatuere debuiſſe (id enim ab ea fieri poſſe, orthodoxorum hæſitat nullus) quo, ſaltem ſemel toto vitæ decurſu, valerent pro admiſſarum culparum pœnis, Chriſti & ſanctorum meritis adiuti, ſatisfacere. Cum ergo id fecerit, cum ſacrum inſtituit IVBILEVM, re uera inſtitutionem hāc neceſſariam fuiſſe hinc quoque concluditur manifeſtè.

2. DEINDE, ſi quanta ſit chriſtianorum, ſi non omnium, at ſaltem complurium inconſiderantia, animaduertatur; haud ęgrè dignoſcetur permultos inueniri, qui, quamuis in maximum grauiſſimorum ſcelerum prolapſi ſint numerum: quin in morem prodigi vniuerſam donorū omnium à miſericordiarū Patre ſuſcepto-torum ſubſtantiam turpiter conſumpſerint; nihilominus tam negligentes, imò ſegnes, ac ſtupidi ſint; vt ne dum ad fœliciſſimum diuinę gratiæ ſtatum redire ſatagant, & pro peccatis ſuis lachrymarum profluuio, ieiuniis, eleemoſynis, præcibuſq; Deo contendant ſatiſfacere; ſed ad quęuis alia potius diuertant. Verumtamen, cum ſacrarum indulgentiarum theſauro, ſanctorumquè patrocinio ſe ab eccleſia ſenſerint adiuuari; redeuntes ad cor, atque crimina, et annos ſuos in amaritudine animæ recogitantes, ſceleraquè ſua agnoſcentes, ea deteſtari, ac deflere incipiunt, atque piè ſacras indulgētias recipiētes, pro peccatis ſuis Deo ſatiſfacere vehemēter cupiunt. Pro excitandis itaque animandis, trahendiſquè huiuſmodi hominibus ad perpetratorum ſcelerum deteſtationem, proquè eorum ſalute, optimum fuit ſacrum celebrari IVBILEVM.

Luc. 15. (margin)

Eſa. 45. *Eſa.* 38. (margin)

AD explicandum autem, num & ex parte ſecūdarij finis fuerit IVBILEI inſtitutio neceſſaria; obſeruandum occurrit, uariam eſſe morientiū condi-

conditionem. Horum enim alij vitæ
innocentiam in finem vſque conſer-
uarunt: vnde & de ipſorum quolibet
dici poſſe videtur, quod olim à Chri
ſto Saluatore noſtro de Nathanaele
Ioa. 1 „ dictum fuit: Ecce verè Iſraelita, in
„ quo dolus non eſt. Alij verò pec-
cauerunt quidem, & ex accepta Dei
gratia exciderunt; ſed antequam ex
Luc. 3. hac vita migrarent, D. Ioannis com-
monitioni obtemperantes, criminũ
ſordes pœnitentiæ fructibus expia-
runt. Alij autẽ cum deliquiſſent qui-
dem, & mox à peccatis diuina adiuti
gratia ſurrexiſſent; eorum tamen pec
catorum pœnitẽtiam in hac vita per
fectam minimè præſtiterunt. Et pri-
mi ſanè, ac ſecundi generis homi-
nes, nulla poſt mortem indigent ſa-
tisfactione. Qui verò tertij generis
ſunt, vt, quod ſatisfactioni hic de-
fuit, in alio ſeculo diuinæ perſolua-
tur iuſtitiæ; per purgatorij ignem
D. Aug. (quemadmodum D. Auguſtinus ex
In Ench. Apoſtolo teſtatur) ſunt ſaluandi.
1. Cor. 3. Namque in cœleſtem illam ciui-
Apo. 21. tatem (vt in Apocalypſi dicitur)
„ non intrabit aliquod coinquina-
„ tum, aut abominationẽ faciens.

SED neque hoc in loco omitten
dum puto, purgatorij pœnas longe
duriores grauioreſq; eſſe, quã in hoc
mortali corpore experiri vnquã poſ-
„ ſimus. Ille enim purgatorius ignis
„ (inquit, vbi de defunctorum ani-
D. Aug. „ mabus agit, D. Auguſtinus) du-
ſer. 41. „ rior erit, quã quid poteſt in hoc
de ſan. „ ſeculo pœnarũ videri, aut cogita-
„ ri, aut ſentiri. Sed & in libro de
vera & falſa pœnitentia idem aper-
tiſſimis verbis declarat, cum ait:
D. Aug. „ Hic autem ignis, etſi æternus non
de uer. et „ ſit; miro tamen modo eſt grauis.
ſa. pœ. „ Excellit enim omnẽ pœnã, quam
„ vnquam paſſus eſt aliquis in hac
„ vita, Numquam in carne tanta in
„ uenta eſt pœna; licet mirabilia paſ
„ ſi ſint Martyres tormenta, et multi
„ nequiter iniqui tãta ſuſtinuerunt
„ ſupplicia. Et hãc tam dirã pœnarũ
grauitatẽ, ſancta obiicit eccleſia cũ-
ctis fidelibus haud oſcitanter cõtem
plandam, cũ animas purgatorij igni
alligatas, hac mœſtiſſima ſanctiſſimi
Iob precatione ab amicis ſuffragia
efflagitantes ſingulas introducit lo-
„ quentes: Miſeremini mei: Miſe- *Iob.* 10.
„ remini mei, ſaltẽ vos amici mei;
„ quia manus Domini tetigit me.
Quibus ſanè verbis earundem pœ-
narum immanitatem tribus modis
oſtendunt. Primo quidem, quoniam
ſemel atque iterum propriam indi-
„ cant miſeriam, cũ dicunt: Miſere-
„ mini mei. Miſeremini mei. Dein-
de quoniã innuunt tã diris ſe plecti
ſupplicijs, vt uel illi, qui alioqui ob
earum pœnas facilè gauderent, ſi ta-
lia cernerent tormenta, ipſarum quo
que miſererentur. Vnde addunt:
„ Saltem vos amici mei. Tertio quo
niam earundẽ pœnarũ cauſam vin-
dicem Dei manũ eſſe declarant, cum
„ ſubiungunt: Quia manus Domi-
„ ni tetigit me. Porrò manus hæc di
ſtricta eſt ipſius Dei iuſtitia, de qua
„ ſcriptum eſt: In duritia manus tuę *Iob.* 30.
„ aduerſaris mihi. Et ruſus: Hor-
„ rendum eſt incidere in manus Dei *Heb.* 10.
„ viuentis.

SED, vt non nulli non minori *D. Ant.* 1
ſapientia, quam maxima pietate ſcri *Tit.* 5. *c.* 5
bunt, manus hæc quinque digitis cõ
ſtat; qui ſunt quinque pœnarum ge-
nera, quibus animæ purgatorio igni
traditæ expiantur. Eorum autem pri *4 sẽ. d.* 21
mum, ſenſus afflictio eſt. Etenim, cũ *q.* 1. *ar.* 1.
iuxta D. Thomæ doctrinam, pœna,
non

non quidē ſenſus ipſe, ſed ipſius ſenſus ſit læſio; ac propterea quò præſtantiori ſenſu res illa, quæ pœna afficitur, prædita fuerit, eò maior, intenſiorquè ſit ipſa pœna, profectò ſi anima totius ſenſus eſt radix, & purgatario igne, ceu diuinæ iuſtitiæ inſtrumento cruciantur animæ; neceſſe eſt, vt maxima quoque multentur pœna. Secundum vero eorumdē cruciatuum genus eſt, quòd animæ illæ violentei detinentur, ne paratam ſibi in cœlis beatitudinē valeant adipiſci. Nam ſi eo durior eſt detentio, quo optatum, ac diu deſideratum dilatumquè bonum fuerit maius: bonum autem, quod animæ in purgatorio exiſtentes præſtolantur, tam in
1. Cor. 2. gens eſt, ut D. Paulus Eſaię ſuſcribēs
Eſa. 64. ,, de illo dicat: Oculus non vidit;
,, nec auris audiuit, nec in cor homi
,, nis aſcendit, quæ pręparauit Deus
,, iis, qui diligunt illum, tantaquè ex
pectatur cupidine, vt nihil magis optari queat; ſanè fieri non poteſt, ut non grauiſſimè torqueantur animæ purgatorij vinculis detentæ, ſi, ne ad ipſum perueniant, cohibentur. Sed horrendum quoque, quod tertio loco recenſetur, pœnarum genus eſt, terror ille truculentus, qui ex dæmonum pręſentia animabus infertur; præſertim cū eredi poſſit, eos, ſuam illis inertiam exprobrare, illas ſubſannare, illiſquè cernentibus, quod tot torqueantur pœnis, exultare. Sed quartum pœnarum genus eſt, quod probè agnoſcant, idque nunquam non cogitent, quanta earum fuerit inſania, quæ cum potuerint pœnalibus huius ſeculi operibus, quę longe leuiora vtilioraquè fuiſſent, Deo ſatisfacere, id tamen facere neglexerint. Poſtremò & hoc tormentorum genere animæ illæ iactantur, nempe quòd, cum nequaquam ignorent, Deū pro ingenti clemētia ſua, ſatisfactionem illam relaxare conſueuiſſe pietate viuorum intercedente, ut defuncti ſuorum in eccleſia fratrū adeoquè mēbrorum adiuti ſuffragiis, ab horrendis peccatorum pœnis releuentur, id tamen ab amicis, cognatis, ceteriſquè ſuis ſibi præſtari minime videant.

3. IGITVR quòd etiam ex parte ſecundarij finis ſacri IVBILEI inſtitutio fuerit neceſſaria; haud immaniſeſtè ſuaderi poteſt. Cum enim ipſius IVBILEI finis ſit, vt etiā animabus ī purgatorio acerbiſſimas duriſſimaſquè pœnas luentibus ſubueniatur; & ipſę, ut inde eripiātur, nullo modo efficere valeant, ideoquè eiuſmodi auxilio maximè opus habeant; ſequitur, ut etiam hac ratione ipſius neceſſitas nequaquam inepto, aut inualido cōprobetur argumēto.

Quòd Iubileus ex parte formalis cauſæ fuerit neceſſarius. Cap. 7.

VT autem videamus, vtrum IVBILEVS quatenus à cauſa formali depēdet, neceſſariò fuerit inſtitutus; opus eſt animaduertere, aliud eſſe formam eſſentialem, aliud verò exemplarem. Illa enim intrinſeca eſt; hæc verò extrinſeca. Illa rei cuilibet tribuitur; hæc autem non item. Illa rei ingreditur definitionem; hæc à definitione aliena eſt. Rurſus ſciendum, quòd

quòd IVBILEI eſſentialis forma
(de ea enim prius differẽdum eſt) vt
ex his, quæ de antiquo Iudæorũ IV-
Leuit. 25. BILEO in ſacro leuitici libro aper
tè dicuntur, colligi poteſt, non niſi re
quies quædam eſſe videtur. Ille enim
quietem quandam, nõ hominum ſo-
lum, ſed etiam vinearum, terrarum-
què ſignificabat. Nam quemadmo-
dum Deus pro hebdomadæ dierum
Exo. 20. quiete ſeptimum ſtatuerat diem, &
pro hebdomadæ annorum requie
Exo. 23. ſeptimum annum elegerat; ita etiam,
Leuit. 25 vt quilibet quinquageſimus annus
hebdomadarũ annorum requies fo-
ret, ordinauit. Porrò quietes iſtę plu
rimum differebant. Etenim prima
communis; ſecunda magis commu
nis; tertia verò communiſſima erat.
Rurſus: ſolemnis prima, ſecũda ma-
gis ſolemnis; tertia maximè ſolem-
nis habebatur. Item: hæc communis
erat hominibus; illa hominibus, &
terris; alia verò hominibus & terris;
ſeruis & liberis; incolis & aduenis.
Vt autẽ quietes illas Dominus oſten
deret, ſabbathi ſanctificationem (ſab
bathi quippè nomine quietem ſigni
ficari liquet) in Exodo ter præcepit.
Exo. 31. „ Primò quidem cum dixit: Videte
„ vt ſabbathum meum cuſtodiatis.
Secundò cum paulo inferius ſub-
„ iunxit: Cuſtodite ſabbathũ meum.
Tertiò demum cùm mox addidit:
„ Cuſtodiant filij Iſrael ſabbathum,
„ & celebrent illud in generationi-
„ bus ſuis. Si igitur quod demõſtra-
tur, oſtenditurquè figura, figuræ ſimi
le eſſe debet; & uetus ille ſynagogæ
IVBILEVS, quem recentioris,
noſtri ſcilicet, typum geſtare diceba
mus; ſolemnis, maximequè commu-
nis requies erat; opus eſt, requies etiã
ſed longè dignior, eccleſię IVBI-
LEVS cenſeatur. Rurſus ſi exem-
plaris IVBILEI forma (vt tertio li
bro latius ſignificantiuſquè dicetur)
eſt dulcis illa triumphantis eccleſiæ
quies: nulli controuerſum eſſe de-
bet; quin & ipſe requies quedã ſit.
1. EA autem ſublunarium rerum
eſt natura, ut omnes non nullam in-
terdum expoſcant quietẽ. Patet enim
animalia vſque adeo quietis indige-
re (omittimus autem quę de terrę, de
què plantarum requie dici poſſent;
cum illa, niſi aliquando vacare per-
mitteretur, aut parum, aut certè nihil
produceret: hę verò uel natura ipſa
docente, annis quibuſdam à ferendis
fructibus ceſſent) ut philoſophi pro Ariſt.
bent cœleſtiũ orbium motores, pro-
pterea quòd nulla vnquã quiete fruã-
tur; animalia eſſe non poſſe. Verum,
quoniam inter alia omnia homo gra
uioribus premitur laboribus (et-
„ enim ſoli homini dictum eſt: In Gen. 3.
„ ſudore vultus tui veſceris pane tuo,
Dequè homine tantum ſcriptum
„ eſt: Homo naſcitur ad laborem) Iob. 5.
prę ceteris quoq; omnibus, et ex par
te corporis, & ex parte animæ, quem
admodum corpore pariter, & ani-
ma laborat; indiget quietis. Quòd
autẽ corpore quieſcere nonnumquã,
neceſſe habeat, præter manifeſtum
experimentum, ſignificauit, qui
cecinit.

Quod caret alterna requie durabile non eſt, Ouid.
Hæc reparat vires, feſſaquè membra nouat.

Quòd verò & animę ceſſatio ſit ei in
terdum neceſſaria, docuit moralis
Cato, cum illi tale attulit conſi-
lium:

Interpone tuis interdum gaudia curis. Cato.

Sed, & ſeuerinus Boetius in libro de
Con-

Boetius. Conſolatione philoſophiæ idem fuſius, vtiliuſquè ſuadet, cum ait:

Tu quoque, ſi vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem;
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemquè fugato,
Nec dolor adſit.
Nubila mens eſt,
Vinctaquè frenis,
Hæc vbi regnant.

Verum ſicut animę labores, maiores atque grauiores ſunt, præſertim cùm graui peccatorum premitur ſarcina; ita & anima indigentior eſt quietis, quàm corpus: in cuius rei ſignum, cum defatigatos homines, vt ad ſe ueniret, Dominus inuitaret, animæ quietem maximè pollicebatur, vnde
Matt. 11 „ & illos iis adhortabatur verbis: Ve„nite ad me omnes, qui laboratis, „ & onerati eſtis; & ego reficiam „ vos; & inuenietis requiem anima„bus veſtris. Cum ergo facer I V B I L E V S, ſi ad formam eius reſpexeris, nihil aliud eſſe videatur, quàm vera quædam dulciſquè animæ requies; quod antiquo I V B I L E I ty-
Leuit. 25 po, propterea quod in eo omnia quieſcere iuberentur, præſignatum eſſe paulo ſuperius dicebamus; reuera cõſequitur, vt ipſe quoque videatur neceſſarius.

2. SED ſi perſpicaciter exploratum fuerit, quàm dirum ſuplicij genus ſit, conſcientiæ ſtimulis agitari, atque ideo quã ſit neceſſariũ ijs, qui tanto affliguntur cruciatu, eiuſdem conſcientiæ trãquillitatem reparare, efficaci reuera ratione idem poterit cõfirmari. Scriptum namque eſt:
„ Sicut tinea veſtimẽtum, & vermis Pro. 25.
„ lignum, ſic mœror (pręſertim qui „ ex perturbata oritur cõſciẽtia) ex„cruciat cor viri. Et Ioa. Chryſoſtomus, verba illa ſapientis expendens, Pro. 28.
„ ſcilicet, Fugit impius nemine per„ſequẽte, ait: Quomodo perſequen- Ioa. Chr.
„ te nemine fugit? Intus habet agẽ„tem conſcientiæ accuſatorem: & „ hunc vbiquè circunfert. Et ſicut „ ſeipſum non poteſt fugere, ſic nec „ intrinſecus ipſum agitantem, ſed „ quocumque abeat, flagellatur. Iſidorus quoque pauciſſimis quidẽ verbis, ſed ſapientiſſimè idem declarans Iſidorus.
„ Nulla, inquit, pœna grauior eſt pœ„na conſcientiæ. Sed neque ethnicos id latere potuit. Ait enim eorum quidam.

Pœnitet, ò, ſi quid miſerorum creditur Ouid.
vlli,
Pęnitet, et facto torqueor ipſe meo.

Et rurſus:

Eſtur, vt occulta vitiata putredine Ouid.
nauis,
Æquoreos ſcopulos vt cauat vnda
ſalis:
Roditur ut ſcabra poſitũ rubigine ferrũ
Conditus vt tineę carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora
morſus
Fine quibus nullo conficiantur,
habent.

Quia igitur ſacer I V B I L E V S, ſi eius formalem cauſam inſpexeris, dulcis eſt, vt nunc dicebamus, animæ quies; fieri vtique non poteſt, vt etiam hac de cauſa non cenſeatur ipſius inſtitutio neceſſaria.

3. A T ſi ex parte exemplaris formę I V B I L E V M ipſum quis contemplatus fuerit; id pariter affirmari debere minimè dubitabit. Etenim cum neceſſe ſit, vt fœliciſſima æter-

naquè beatorum quies, hominibus modo aliquo repræsẽtetur (alioquin neque agnoſceretur, neque deſideraretur, aut quęreretur, ac propterea neque acquireretur vnquã) & ſacer eccleſię IVBILEVS, vt fuſius ac dilucidius dicetur inferius, tam apertè eius imaginem gerat, vt ipſam ad viuum referre videatur: reſtat, ut etiam quatenus exemplarem cauſam reſpicit; neceſſariò conſtitutus eſſe cenſeatur.

Quòd reſpectu materialis cauſæ Iubileus neceſſario fuerit inſtitutus. Cap. 8.

DEMVM, vt nouerimus, quantum ad materialẽ cauſam ſpectat, fuerit nec nè IVBILEI inſtitutio neceſſaria; operæpretium eſt materię equiuocationem antea explorare. Eſt enim materia, iuxta communem philoſophorum doctrinam, triplex: nimirum, materia ex qua; materia in qua, materia circa quam. Materia ex qua illa dici conſueuit, ex qua in rebus naturalibus conſurgit eſſentiale compoſitum; vt humanum corpus intellectiua anima informatum, materia eſt, ex qua homo veluti compoſitum conſtat. Illa quoque materia talis eſſe cenſetur, ex qua, ſi ei adiuncta fuerit accidentaria forma, conſurgit cõpoſitum accidentale, quo modo lapides materia ſunt domus, & ligna ſunt materia lecti. At materia in qua, potentia

Armandus.

eſt tam ſubſtantialis, quàm accidentariæ formæ receptiua, ſicut corpus potentia vitam habens, teſte Ariſtotele, eſt materia animę; & ſuarum potentiarum materia eſt anima. Porrò materia circa quam (quæ & obiectũ nonnumquam ſolet appellari) res illa dicitur, circa quam facultas aliqua verſatur; quo ſanè modo ęgrotus materia eſt medicinæ, & architectoris materia eſt ędificium.

Ariſt.

SED, vt ad ſacrũ IVBILEVM redeamus; dicimus ipſum quoque, ſaltem analogia quadam, has habere materias. Et prima quidem, uidelicet, materia ex qua, eſt ſacer indulgentiarum theſaurus, ex quo potiſſimum conſtat, conflaturquè ipſe IVBILEVS. Secũda verò, ſcilicet materia in qua, homo eſt, aut intellectiua anima. Tertia autem, ſunt peccata, ſed quatenus conuenientibus expianda ſunt pœnis. His ergo neceſſariò præmiſſis; dicimus, id quod etiã rationibus confirmabimus, IVBILEI inſtitutionem, quantum ad ipſius materiam pertinet, pro quauis materiæ acceptione fuiſſe neceſſariã.

1. ET primo quidem reſpectu materię ex qua, hoc eſt ex parte ditiſſimi indulgentiarum theſauri, ex hoc notiſſimè ſuadetur; quòd niſi in eccleſia fieret IVBILEVS, ipſe indulgentiarum theſaurus modo aliquo fruſtra cõflatus eſſe videretur. Cũ enim res illa, iuxta Ariſtotelis ſententiam, in uanũ facta eſſe dicatur, quę finem, in quẽ ordinatur, nõ attingit, quemadmodum pharmacum pro infirmo paratum, ſi non ſumeretur; aut non detineretur in ſtomacho; aut vetò nihil prodeſſet; fruſtra fuiſſe diceretur. Cumquè Saluator noſter Chriſtus pro eccleſia ſua ſemper theſaurizauerit,

Ariſt.

Matt. 4 zauerit, ſicquè ieiuniis, uigiliis, ora-
tionibus, itinerum deſatigationibus,
Luc. 6. quotidianis concionibus, aliiſquè la
boribus ac doloribus, infinitum pœ
Matt. 14. nalium operum ac ſatisfactionum il-
lum cõparauerit theſaurum, ipſum-
Ioa. 4 què ſanctiſſimæ ſponſæ ſuæ, eccleſiæ
videlicet, pro filiorum eius ſoluẽdis
Luc. 19. peccatorum debitis tradidiſſet; qua
ętiam de cauſa et Sanctorum mirum
in modũ auctus eſt ſatisfactionibus;
ne modo aliquo inutiliter congeſtus
videri poſſet; numquid non neceſſe
fuit ſacrũ ſtatuere IVBILEVM;
quando theſaurus iſte largius, magni
ficentiuſquè indigentibus erogatur?
Hanc autem rationem innuens Ec-
„ cleſiaſticus: Sapientia, inquit, ab-
Eccl. 41. „ ſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ
„ vtilitas in vtriſque? Quibus ſanè
verbis ſignificatur, qđ quemadmo-
dum ſapientia, ſi in abſcondito late-
ret, atque pro diſponendis, ordinan-
diſquè, prout conuenit, rebus, nequa
quam produceretur in medium: pa-
rum aut nihil afferret vtilitatis: Rur-
ſus, ſicut inhumatus theſaurus, niſi
quis eo, cum opus eſſet, vteretur; iu-
re haberetur inutilis; ita pretioſus in
dulgẽtiarum theſaurus parum vtilis
videri poſſet eſſe Chriſtianis, niſi pro
eorũ neceſſitatibus diſtribueretur.
2. QVOD autem id ipſum fue-
rit neceſſarium etiam ratione mate-
riæ in qua, hoc eſt ex parte hominũ,
pręcipuè ſi eorum animę purgatoriis
alligatæ ſint pœnis, præter illa quæ
ſuperius dicta ſunt; hac conuinci po
teſt ratione. Quoniam ſi iuxta Philo
Ariſt. ſophantium placita, natura abhor-
ret vacuum; multo magis chriſtiana
anima, quæ iuxta Prophetæ oraculũ
ſola Dei præſentia impleri ac ſatiari
Pſal. 16. „ poteſt; Satiabor, inquit, cum ap-
„ paruerit gloria tua: Ne dum ab-
horret, refugit, aut deteſtatur, ſed
etiam magno fletu ingemiſcit, quòd Ro. 8
tam diu violenta detineatur; quomi
nus ad finem ſuum, ſcilicet ad viden-
dam, perfruendamquè Dei eſſentiam
peruenire valeat. Cuius tam flebilis
detentionis cauſa eſt, quòd quouſ-
què diuinę iuſtitię pro commiſſis cri
minibus, aut propriis, aut alienis pœ
nalibus operibus fuerit ſatisfactum;
à pœnis illis liberari non poſſit.
3. DENIQVE quàm neceſſaria
fuerit IVBILEI inſtitutio ex par-
te materiæ circa quam, hoc eſt quate
nus circa pręDictas culparum pœnas
verſatur; & ex dictis liqdiſſimè erui
poteſt, & ex his, quę pro explicanda
IVBILEI natura ſequenti libro ex
pendẽda ſunt, apertiſſimum fiet. Sed
prius nodum, nulla omittendum ra-
tione, diſſoluamus oportet.

Quòd ſacer Iubileus, congruo tempore fuerit inſtitutus. Cap. 9.

INTER alia qui-
bus periti ab im-
peritis, & vniuer-
ſim ij, qui ingenio
pollent, à rudiori
bus diſſident; il-
lud imprimis vi-
detur animaduerſione dignum, quòd
ij, propterea quia leues ſint corde; ea Eccl. 19.
omnia, quæ eis enarrata fuerint, à
mendacio aliena eſſe protinus credãt
Illi verò, ſicut vix adduci poſſunt, vt
quæ audierint, aut legerint, vera eſſe
putent; ita de re qualibet tam facilè
hæſitant; vt iuxta prouerbium, uel no

dum in ſcirpo nonnumquàm quære-
re videantur. Qua propter ſi quando
ex ijs, quæ à ſcriptoribus aſſeruntur,
dubiū aliquod oriri contigerit, quod
ab ipſis aut prætereatur ſilentio, aut
ad amuſſim (ut faciendum putant)
non elucidetur; eos ſtatim contem
nant, reijciantquè. Cum igitur ſacri
IVBILEI inſtitutionem multis ra-
tionibus neceſſariam fuiſſe hactenus
probauerimus, ac propterea in du-
bium verti poſſit, Cur, ſi tam neceſſa-
rius erat, non antea fuerit ab Eccleſia
Pro. 3. „ inſtitutus (ſcriptum eſt enim: Ne
„ dicas amico tuo: Vade & reuerte-
„ re: cras dabo tibi, cum ſtatim poſ
„ ſis dare) ne hoc in loco aut inſcitię
aut negligentiæ accuſari poſſimus;
antequam ad ſequentem librum ve-
niamus, opus eſt, vt quæſtioni huic
ſatisfacere curemus.

VERVM, quia ex ijs conſequi
videtur, IVBILEVM nō multis an
te annis ab eccleſia fuiſſe inuentum;
Polid. Verg. Nauage. quod Polidorus Vergilius in libro de
rerum inuentoribus, Nauagerius, &
alij nōnulli Bonifacio octauo illum
aſcribentes, apertiſſimè docēt; ne nos
quoq; eiuſdem eſſe ſententiæ iudice-
mur; præmittendum eſt, prorſus qui
dem quando haberi cęperit ignorari:
quòd tamen ante Bonifacij tempora
multis annorum curriculis (quam-
quam non eadem, qua poſtea ſolem-
nitate) in uſu fuerit; & à pluribus fide
dignis ſenioribus (id enim magna
diligentia perquiri curauit) Boniſa-
cius ipſe accepit; & diplomate illo,
quod de ipſo IVBILEO edidit,
haud obſcurè deſignauit. Habet
„ enim hæc uerba: Antiquorum ha
„ bet fida relatio, quòd accedētibus
„ ad honorabilem Baſilicam Princi
„ pis Apoſtolorum de Vrbe cōceſſæ
„ ſunt magnæ remiſſiones & indul-
„ gentię peccatorum. Sed quantum
ad pręſentem diſputationem attinet,
ſat eſſe debet, ſi non vſquè adeo pu-
tandus eſt antiquus (neq; enim pro-
pterea, aut non magnifieri poſſet, aut
non tanta deberet ſuſcipi religione)
vt citra calumniam omnē poſſimus
propoſitā ſubterfugere quæſtionem.
Dicimus ergo, quod & validiſſimis
ſuadebimus argumentis, ſacrum IV-
BILEVM tam idoneo aptoquè tē-
pore fuiſſe inſtitutum, vt non fuerit
neceſſe ipſum antea inſtituere.

1. PRIMVM, quoniam ſi eccle
ſia, vt infra luce clarius patefiet, adeo
à ſpiritu ſancto dirigitur, vt pro ſuo-
rum ſalute filiorum abſquè ſpeciali
eiuſdem numinis illuſtratione, nihil
vnquam decernat: nemini in dubiū
venire debet, quin ad ea ſtatuenda cō
uenienti quoque tempore moueatur
ab ipſo. Nam etſi Deus op. Max. in
ſuis operibus nulli prorſus ſubiicitur
tempori; nihilominus, ſi actiones,
quę in hominum ſalutem dirigūtur,
inſpexeris; tempus tēpori ab eo præ
ferri videbis. Cum enim ab æterno
pro humani generis redemptione in
mundum hunc proprium filium de-
ſtinare conſtituiſſet; id tamen neque
in ipſius mundi exordio præſtari, ne-
que in finem vſque differri, ſed in tē-
poris plenitudine voluit adimpleri.
„ Ait enim Apoſtolus. At vbi venit *Gal. 4.*
„ plenitudo temporis, miſit Deus fi-
„ lium ſuum natum ex muliere, fa-
„ ctum ſub lege; vt eos, qui ſub lege
„ erant, redimeret. Ipſe quoque ip-
ſius filius, nō niſi præſtituto certoq;
tempore paſſione ſua mundum vo-
„ luit reparare, vnde et dicebat. Tem *Ioa. 7*
„ pus meum nondum aduenit. Et,
„ Tempus meū nondum impletum *Ioa. 7*
eſt.

,, eſt. Rurſus cum à Iudæorum mi-
niſtris in mortẽ peteretur (hac enim
de cauſa ad eum capiẽdum miſſi fue-
rant) eorum impetum ſiſtens, ac fu-
Ioa. 7. ,, rentem cõpeſcens rabiem: Adhuc
,, modicũ tempus, inquit, vobiſcum
,, ſum. Sed neque putandus eſt ad
vniuerſale exercẽdum iudicium ven-
turus; niſi vbi tempus, quod ad hoc
elegit, aduenerit. Ait enim in Prophe
Pſal. 74. ,, ta: Cum accepero tempus, ego iu-
2. Cor. 6. ,, ſtitias iudicabo. Hinc, acceptum,
Eſa. 49. & acceptabile tempus. Hinc, dies Do
Pſal. 31. mini, & dies ſalutis. Hinc, & tempus
Pſ. 118. opportunum, & miſerẽdi tempus, in
diuinis leguntur ſcripturis. Cum igi-
tur eccleſia ob Chriſtianorũ ſalutem
IVBILEVM haberi decreuerit
(eo enim, & peccatorum omnium
condonantur pœnæ, & ad bonorum
operum ſtudium ardentius prouocan
tur) nemo ſanè exiſtimare poterit, il
lum non fuiſſe opportuno tempore
conſtitutum.

2. ALIA autẽ ratio eſt, quoniam
ea, quæ fidei ſunt, in tantum huma-
num excedunt intellectum; vt citra
diuinam reuelationem, impoſſibile
ſit hominem ad ea capeſcenda ſuble-
uari. Vnde ſapiens Eccleſiaſticus, cũ
Eccl. 3. ,, dixiſſet: In pluribus operibus eius
,, non eris curioſus; protinus adiun-
,, xit: Plurima enim ſupra ſenſum
,, hominum reuelata ſunt tibi. Sed
Eph. 2. & D. Paulus idem apertè docet, tum
in epiſtola ad Epheſios; vbi dicit, fi-
dem Dei donum eſſe, non ex nobis,
Heb. 11. nequis glorietur: Tum in epiſtola ad
,, Hebræos, vbi ait: Eſt autem fides,
,, ſperandarũ ſubſtantia rerum, argu
,, mentum non apparentium. Qua
propter ſi, quæ ad ſolam fidem atti-
nent, paſſim proponerẽtur omnibus,
tam infidelibus ſcilicet, quam fideli-
bus; periculum eſſet (quod profectò
citra Dei offenſam, veritatis iniuriã,
ac fidelium cõtumeliam, irriſionem-
uè euenire minimè poſſet) ne ſacra ſi
dei myſteria, vt non ſemel docet S. *D. Tho.*
Thomas, veluti inania, aut etiã pror-
ſus inſana, contemptui haberentur.
Hoc autem Paulo Athenis prædican *Act. 17.*
te, aliqua ex parte contigiſſe videtur.
Cum enim in Areopago, vt in Actis
Apoſtolicis legitur, in conuentu om
nium mortuorum reſurrectionẽ an-
nuntiaret; non defuere qui illum nõ
dubitauerint irridere. Sed ne fides his
afficeretur incommodis, iuxta D. Au
guſtini, ac Io. Chryſoſtomi interpreta *D. Aug.*
tionem, in Euangelio cautum eſt, vbi *D. Ioa.*
,, dicitur: Nolite ſanctum dare ca- *Chriſ.*
,, nibus, neque mittatis margaritas *Matt. 7.*
,, veſtras ante porcos; ne forte con-
,, culcent eas pedibus ſuis; & canes
,, conuerſi dirumpant uos. Quibus
ſanè verbis manifeſtum eſt tam fidei
contemptus, quam fidelium pericu-
lum, deſignari. Quia ergo inter alia
Chriſtianę fidei ſacramenta peccato-
rum remiſſio, pœnarũque expiatio,
aut etiam venia annumerantur; IV-
BILEVS autẽ, ut infra dicetur vbe-
rius, pleniſſima eſt pœnarum omniũ
condonatio; ſanè iure optimo factũ
eſt, nè ea inſtitueretur tẽpeſtate, qua
infideles quàm plurimi, perpauci ve-
rò fideles inueniebantur.

3. PORRO, tertia ratio ex ma-
xima illa priſcorum Chriſtianorum,
qua ſe mutuò proſequebantur, erui-
tur charitate. Hi enim, cum propin
quiores, atq; iccirco ſimiliores eſſent
naſcentis Eccleſiæ fidelibus, de qui-
bus in Apoſtolorum geſtis legitur, *Act. 4*
quòd nõ diuitias ſolum haberent cõ
munes, ſed etiam cor unum, & ani-
mam vnam; certum eſſe debet, quòd
vehe-

vehementiori quoq; alterutrum proſequerenur dilectione. Inter ceteras autem charitatis functiones, vna eſt,
Pro. 10. vt Sapiens & apoſtolorum Princeps
1. Pet. 4 eiſdem penè verbis teſtantur, quòd operiat, id eſt, auferat (Sic enim non
D. Tho. vno in loco interpretatur ſãctus Thomas) criminum multitudinem: quod & Dominus noſter docuit apertiſſimè. Nam cum de muliere illa, quæ erat in Ciuitate peccatrix, loqueretur
Luc. 7. „ dixit: Dimiſſa ſunt ei peccata „ multa, quoniam dilexit multum. Sed nequaquam exiſtimanda eſt charitas peccatorum remiſſionem in illis
Matt. 22 ſolum, quos exornat, operari; verum etiam, vt ceteris fidelibus id ipsũ præſtet, pro virili cõtendere. Igitur quẽadmodum illius temporis chriſtiani, ſiquos peccatorum ſordibus detineri vidiſſent, exẽplis, correptionibus, adhortationibus, precibuſquè eos reuocare ſtudebãt; ita ieiuniis, vigiliis, atque eiuſmodi ſatisfactoriis operibus, vt pariter à pœnis, quas alioqui ſubire debuiſſent; conabantur eripere. Id quod D. Dominicum, & Beatiſſimam Virginem Catherinam Senenſem (vt aliis, quę facilè afferri poſſent, ſilentio prætermiſſis, poſterioris temporis agamus exẽplis) mox facere conſueuiſſe; iis, qui eorum hiſtorias perlegerint, obſcurũ eſſe non poteſt. Ille enim, præter id quod vel totas quadrageſimas, non niſi pane, & aqua reficiebatur, ac ſuper nudas tabulas, vbi quieſcendi neceſſitas eum coegiſſet, defatigatus dormiebat; vt diuinæ iuſtitiæ pro aliorum criminibus ſatisfaceret, ſe ſe flagris vſque ad ſanguinis effuſionẽ ſæpius in hebdomada verberabat. Hæc verò eãdem ob cauſam ferreis cathenis non rarò tenellos corporis artus cruciabat. Igitur quoniam tẽporibus illis verè fœlicibus non pauci inueniebãtur, qui præ nimia in eos, qui grauius deliquiſſent, charitate, eorum deflere crimina, proquè illis Deo (quod & ſupra diximus) quæ debuiſſent ipſi, perſoluere curarent; nõ videtur tam neceſſarius fuiſſe IVBILEVS.

4. AD hæc, certum eſt antiquioris temporis Chriſtianos penè omnes, tã Tit. 2.
ſobriè, iuſtè, ac pie viuere cõſueuiſſe, 1. Teſſa. 5
vt vel ab omni ſpecie mali, ſicut decet ſanctos, abſtinere viderentur. Nã plures inueniebantur Antiſtites, qui veluti ſal terræ, atque mundi lux, doctrina & moribus Chriſti oues paſce- Matt. 5.
bant. Supererant & religionum inſtitutores non pauci, quales fuere Antonius, Baſilius, Benedictus, Romualdus, Gualbertus, Bernardus; deinde Dominicus, & Franciſcus: qui, cum eſſent ſanctitate præclariſsimi; haud dubium eſt, quin ad eundem viuendi ritum bonorum operũ exemplis, ceu cathenis quibuſdam, quamplurimos eò pertraxerint, ut eorum inhærere cupientes veſtigiis, atque iccirco mũdum penitus cõtemnentes, ipſi quoque ſancti euaſerint, claruerintq; miraculis. Sed & vtriuſque ſexus Chriſtiani non pauci, eorumdem permoti exemplis, in admirabilẽ vitæ ſanctimoniam deuenere. Ex his autem facilè colligi poteſt, IVBILEVM, qui pro pœnarum omniũ ob perpetrata crimina infligendarum, vt dictũ eſt, remiſſione inuentus eſt; non fuiſſe eo tempore neceſſarium.

5. POSTREMO, ſi quis canones illos, quos pœnitẽtiales vocant, propterea quòd in eis canonicæ ſtatuantur pœnitentię, cõtulerit; patenter agnoſcet pro manifeſtis criminibus, proquè eorũ grauitate olim duriſſimæ

tiſsimæ iniungi conſueuiſſe ſatisfa-ctiones. Etenim aliquibus vnus; qui-buſdam duo; alijs tres; iis ſeptem; illis decem; aut etiam quindecim ſa-tisfactionis anni iubebātur imponi. Non nulli vero (quod grauiſsima eo rum ſcelera id poſcere uiderētur) vel toto vitæ decurſu pœnitētiam agere cogebantur. Porrò qui in pœnitentiæ ſtatu eſſent; neque ad ſacros ordines promoueri; neque ad ſublimiorem ordinis gradum euehi; neque matri-monium contrahere valebant: eoquè durante, omnibus habebantur infa-mes. His accedit, inuſu tūc fuiſſe, vt pro perpetratorum criminum imma nitate, quidam trium annorum decur ſu à vino & à carnibus præciperentur abſtinere: Nonnulli pluribus men-ſibus carceribus manciparentur; eo-què temporis ſpatio, dominicis die-bus duntaxat exceptis, non niſi pane & aqua reficerentur; qua viuendi in-edia reliquo pœnitētiæ periodo quar ta ac ſexta feria perpetrata expiare ſce lera cogebantur. Sed & pro occultis criminibus lōgè grauiores, quā mox ſucceſsiuis temporibus, à confeſſarijs iniungebantur ſatisfactiones. Cuius quidem argumēto haud obſcuro vel incerto eſſe poteſt, quòd qui pœniten tiales canones ignoraſſet, ſacerdotis nomine cenſeretur indignus. Sed cur tam neceſſarium erat canones illos callere ſacerdotes, niſi vt intelligerēt, quibus ſatisfactionibus pœnitētium culpæ forent expiandæ? Si ergo ea tempeſtate pro perpetratis crimini-bus tam graues ſubibant pœnas; re-uera neceſſarium nō erat, vt ſacer in-ſtitueretur IVBILEVS. Quod ta-men ſequenti tempore neceſſe fuiſſe, ſupra tot comprobatum eſt ratio-nibus; ut ſi rurſus idem ſuadere contendamus, id & nobis eueniet, quod lucidiſſi-mè patentia manifeſta-re conantibus: qui, vt D. Maximo te-ſte, dicere conſueuit Ariſtoteles, lu-cerna ſolem oſtendere nituntur. Ad reli-qua igitur tran ſeamus.

D. Max.

Ariſt.

FINIS PRIMI LIBRI DE SACRO IVBILEO.

F. ANGELI PIENTINI DE CORSINIANO

ORD. PRAEDICATORVM

Sacræ Theologiæ Profeſſoris

DE SACRO IVBILEO

Liber Secundus.

Quòd dæmon ſacrum Iubileum, ſicut et cetera à Deo pro expiandis criminibus collata prorſuſ euertere conatur.

Cap. 1.

QVAM-
quã mul
tæ ſunt,
ac penè
innume
rabiles,
antiqui
humani
generis
hoſtis
artes, quibus, pro ſua inuidia, homi
num ſaluti, vt eã impediat, nũquã nõ
aduerſatur : illa tamen maxima eſ-
ſe videtur, quòd indeſeſſos improbi-
tatis ſuæ miniſtros hæreticos ſubor-
nat, vt remedia illa, quæ miſericor-
2. Cor. 1. diarum Pater, ac Deus totius conſo-
lationis pro peccatorum remiſſione,
nec non pro illarum expiatione pœ-
narum, quas etiam poſt iuſtificatio-
nem, ut infra patebit, neceſſe eſt pen
dere, nobis conferre dignatus eſt; nõ
ſolum ceu inutilia, vanaquè contem
ptui habenda eſſe docent, verũ etiam
irrita facere, ac penitus in nihilum re
digere contendant.

1. ET vt non nulla ex pluribus in
medium producamus: Ieiuniũ (hinc
enim libenter ſumemus exordium)
tantæ eſt virtutis, vt D. Auguſtino te- D. Aug.
ſte, purget mentẽ, ſubleuet ſenſum,
carnem ſpiritui ſubiiciat, cor faciat
contritum, & humiliatum, cõcupiſ-
centiæ nebulas diſpergat, libidinum

ardorem extinguat, et caſtitatis lu-
men accendat. At aduerſarius no-
ſter, quò tam ſalutare à nobis ſubtra-
heret remedium; Iouinianum, Iohan
nem Vuicleff, & nouiſſimè Lutherũ
docuit, vt et ipſi ieiuniũ deſpicerẽt, &
deſpiciendũ eſſe ceteris ſuggerere nõ
Exo. 32. dubitarent. Ac ſi cõpluribus notiſſi-
Dan. 3. miſquè ſacrarũ literarum locis nõ ha
Matt. 4. beretur; ſtatuta certaquè tempora ab
Luc. 21 Eccleſia illi nõ aſſignarentur; ſancti
Mar. 9. omnes exemplo, aut etiam doctrina
Matt. 6. ipſum non docerent; & ieiunantibus
Exo. 24. ingens pręmium Deus non pollice-
3. Reg. 17 retur, at cumulatè perſolueret.

2. ORATIO quoq; præter id,
Eccl. 2. quod à peccatis præſentibus liberat,
Eccl. 3. tuetur à futuris, claudit infernum,
2 Mac. 12 purgatorium diripit, et locupletat pa
Eph. 6. radiſum, quatenus pœnale eſt opus;
pro commiſſis criminibus ſatisfacit.
Vnde Sapiẽs illum, qui peccauerat,
vt Deo orationibus ſatisfacere cura-
„ ret, his verbis cõmonebat: Fili pec
Eccl. 21. „ caſti, ne adiicias vltra, ſed pro pri-
„ ſtinis deprecare, vt tibi dimittan-
„ tur. Sed his nequaquàm obſiſten-
tibus, idem malorum omnium ſator,
vt chriſtiano homini tam efficax pro
curandis criminibus antidotum eri-
peret, Petrum Abailardum, Iohan-
nem vs, & poſtremò Lutherũ eò de
mentiæ pertraxit, vt orationem ceu
inutilem, ac vanam cõtemnendam
eſſe docerent. Cum tamen nemo ſit,
qui ignoret, Chriſtum Dominum,
quem audire & imitari omnes iubẽ-
Matt. 17. tur; verbo & exemplo eam apertiſſi-
Luc. 6. mè docuiſſe; & ſanctos omnes, quot
Matt. 6. quot fuere tam veteris, quàm noui te
Act. 5. ſtamenti, orationi mirum inmodum
fuiſſe addictos.

3. ELEEMOSYNAE quoque
pro delendis criminibus tam vtiles
ſunt, vt Daniel ſanctiſſimus Dei va-
tes Regi Nabucdonoſor pro ſuo-
rum venia peccatorum vtilius conſi-
lium præbere nequiuerit, quã vt lar-
giendis eleemoſynis operam daret.
„ Dixit enim: Rex cõſilium meum Dan. 4.
„ placeat tibi, et peccata tua eleęmo
„ ſynis redime, & iniquitates tuas
„ miſericordiis pauperum. Verum
neque hic deſtitit inimicus, quomi-
nùs hoc tam ſalutare iuuamen labe-
factare curaret. Pellexit enim Ioan.
Vuicleff, atque Lutherũ, ut bonorũ
operum, ac propterea eleemoſyna-
rum neceſſitatem, aut etiam vtilitatẽ
turpiter denegarent. Cum tamẽ Do Matt. 25.
minus ipſe (præter id, quod in no-
uiſſimæ diei examine eos ęternis dã-
naturus eſt cruciatibus, qui cum po
tuerint, debuerintquè, eleemoſynas
erogare noluerint) ſceleſtiſſimos quoſ
„ què commoneat, dicẽs: Date ele Luc. 11.
„ moſynam, & ecce omnia mun-
„ da ſunt uobis.

4. DICI reuera nõ poteſt, neque
etiam exiſtimari, quantum afferat vti
litatis ad delenda præterita, ad præ-
ſentia deteſtanda, atque ad euitanda
futura crimina firmiſſimè credere, ac
nullatenus dubitare, poſt hãc vitam
ſupereſſe atrociſſimas purgatorij pœ
nas, quæ illis reſeruantur, qui ex hac
vita Deo quidẽ grati deceſſerunt; ſed
antea diuinæ iuſtitiæ pro perpetratis
criminibus ſatisfacere nõ curarunt.
At pater ille mendacij ſatan, ne hoc Ioa. 8.
perutili præſidio vterentur Chriſtia-
ni; Græcos olim, & Armenos, nouiſ
ſimè verò etiam lutheranos in hanc
induxit ſtultitiam, vt docerent nul-
lam poſt hanc uitam ſupereſſe pecca
torum expiationem: perinde ac ſi ſa- 2 Mac. 12
crorum eloquiorum haud obſcuris Matt. 12.
oraculis, & ſanctæ Eccleſiæ certiſſi- 1. Cor. 3.
mis

D. Aug. in Pſ. 37. D. Greg. In Pſal. pœn. mis ſanctionibus, nec non & clariſſimis veterum Patrum teſtimonijs oppoſitum minimè probaretur.

5. DEMVM (ne diutius quàm oportet, immoremur) tam vtilis eſt pro ſoluendis criminum debitis, expiādiſq; pœnis, quas alioqui aut præſenti, aut futuro ſeculo luere deberemus, indulgentiarum, ac præcipuè ſacri IVBILEI conceſſio; vt nullus modus tam facilis, tam compen- Pſal. 74. 2. Cor. 6. Eſa. 49. Pſal. 31. Pſ. 118. dioſus, tam gratus hominibus, & infinitæ Dei miſericordiæ tā proprius inueniri poſſe videatur. At aduerſarius & colluctator ille noſter ſuo intentus operi, vt hac tam efficaci expiandorum peccatorum reſperſione Christiani vtantur, ferre omnino nō valens; prius Valdenſes, mox Io: Vuicleff, tandem & Lutherum, illos nimirum, quos ad oppugnandam, expugnandamquè (ſi fieri poſſet) veritatem omnem inſignes miniſtros ſibi aſciuit; & in hanc tam ſceleſtam, deteſtandamquè impulit ſenētiam, vt indulgentias quaslibet, ac propterea IVBILEVM, quòd ex ſacris literis non haberentur, (ſic enim impudenter mentiebantur) ceu futiles, atquè penitus inanes reiiciendas, eliminādaſq; eſſe aſſeuerare minimè dubitarent. Verū quod hoc quoque in loco falſo, ruinoſoquè innitantur fundamento, (quod numquàm non faciunt) allucinentur, atque cæcutiant; paulo vberius demonſtrādum eſt. Id namque expoſcere videtur, quæ de IVBILEO copioſior inſtituitur diſputatio.

1. VT igitur hinc exordiamur, D. Paulus Coloſſenſes alloquens de ſatisfactione illa, quæ pro aliis Deo
Col. 1. „ offertur, hæc habet: Nunc autem
„ gaudeo in paſsionibus meis, quas
„ ſcilicet ſubſtineo (inquit interlinealis gloſſa) pro vobis; & adim- Gloſ.
„ pleo ea, quæ deſunt paſsionum
„ Christi in carne mea pro corpore
„ eius, quod eſt Eccleſia. Sed quænam ſunt, quæ Apoſtolus ſe implere aſſerit in carne ſua, quæquè deeſſe dicit paſsionum Christi; niſi afflictiones ac pœnalitates illæ, quas in Eccleſiæ vtilitatē pertulit? Audi in eundem locum D. Anſelmum hunc in
„ modum loquentem: Non ſic in- D. Anſel.
„ telligas illud, Adimpleo ea, quæ
„ deſunt paſsionū Christi, quaſi paſ-
„ ſio Christi non ſit ſufficiens pro re-
„ demptione generis humani. Abū-
„ dant enim paſsiones Christi in no- 2. Cor. 1.
„ bis; & in carne Christi, quam Vir-
„ go peperit, nihil paſsionum deeſt;
„ ſed omnes in illa paſsiones ſunt
„ impletæ. Reſtat tamē adhuc pars
„ paſsionum eius in carne mea pro
„ corpore eius, quod eſt Eccleſia.
„ Quemadmodū itaq; paſsio Chri-
„ ſti ſuffragatur Eccleſiæ, hoc eſt mē-
„ bris Christi; ita membra Christi
„ myſtica ſibi mutuis operibus ſunt
„ auxilio, dum vnius ſatisfactio alte-
„ ri ſubuenit. Sed in epiſtola quoque ad Corinthios ſecunda, ſe indulgentias (quas dona uocat) contuliſſe te-
„ ſtatur. Ait enim: Ego quod do- 2. Cor. 2.
„ naui, ſi quid donaui propter vos
„ in perſona Christi. Rurſus Iſaias, cum in perſona Christi loqueretur; Eſa. 61. ſe à Deo miſſum eſſe, vt indulgētiā, ſeu remiſsionem (ita enim Iſaiæ verbum interpretatus eſt Dominus) & Luc 4. annum placabilē prædicaret; quòd ſupra, & de IVBILEI anno intelligi debere, dicebamus.

2. CETERVM etſi pro indulgentiarum, ac IVBILEI approbatione nullum apertum, clariſsimumquè

què inueniretur ex ſacris literis teſtimonium; numquid propterea aut eas negare, aut ſaltem de illis dubitare licebit? Etenim ſi Eccleſia, quæ, vt latiſſimè declaratum eſt ſuperius, ab Apoſtolo columna, & firmamentum veritatis appellatur, quæquè ſpiritus ſancti dirigitur illuſtratione; eas tanta diligentia tradit, tanta declarat ſapientia, tanto feruore prædicat, tantaquè vbertate à multis annorum ſeculis largitur: Rurſus ſi in Lateranenſi Concilio (vt breuitatis gratia cetera omittamus) ſub Innocentio huius nominis tertio, quo Patriarchę Hieroſolymitanus, & Cōſtantinopolitanus; Archiepiſcopi ſeptuaginta; Epiſcopi verò quadringēti conuenerant; Eccleſia eas cōfirmat, atque impartitur: Denique, ſi tā neceſſarium fuit ſacrū inſtituere IVBILEVM, quòd (ſi non fallor) ſuperiori libro haud infirmis comprobatum eſt rationibus; quiſnam, niſi hæreticus à mendacij parente edoctus, de indulgentiarum, dequè IVBILEI veritate, ac neceſsitate addubitare unquā poterit? Sed de his hactenus. Iam ad ea, quæ de ipſius natura diſſerenda ſunt, veniamus. Neque enim opus eſt, vt eorū, qui indulgentiis, ac propterea IVBILEO aduerſantur, inaniſsimis, portentoſiſsimiſquè perſuaſionibus occurramus. Id enim tam fœliciter ab aliis factum eſt, vt nihil addi poſſe videatur.

1. Tim. 3.

Ioa. 4.

Con. Lat.

CVM ergo de IVBILEO tractantes, quæſtioni, An eſt, abundè, vt ego ſentio, ſatisfeciſſe videamur, (oſtendimus quippè nedum IVBILEVM eſſe; ſed etiam neceſſariò fuiſſe inſtitutum) quò cœptum ordinem proſequamur, neceſſe eſt, vt quęſtionem, Quid eſt, quæ ſecundum locum obtinet, elucidemus.

SCIRE igitur neceſſe eſt duplicem eſſe eccleſię IVBILEVM, indeterminatum, ſcilicet, & determinatum. Indeterminati quidem ſunt illi, qui à Summis Pont. pro rerum opportunitate, diuerſis temporibus, diuerſiſquè mūdi partibus nonnumquam conceduntur. Determinatus autem eſt, qui ſtatuto tempore, certoquè in loco, vt potè centeſimo, aut quinquageſimo, aut trigeſimo tertio, aut demum vigeſimoquinto anno Romæ celebrari, concediquè conſueuit. Illis igitur omiſsis, huius inueſtiganda eſt definitio; ſicut & de ipſius neceſsitate hactenus diſputatum eſt. Sed neque eam de illo definitionem indagabimus; quæ veluti logica, ex proprio genere, atquè ex propria conflatur differentia. Non enim ignoramus huiuſcemodi ex diuerſis rerum generibus aggregata, eo modo definiri non poſſe; quemadmodū nec Troianum bellum (vt Dialecticorum vtar exemplo) tametſi vno eodemquè ſignificetur nomine; tali definitione poſſet explicari. Qua propter tam abſoluto definiendi genere omiſſo, deſcriptionem illam extruere curabimus, qua IVBILEI eſſentia, naturauè; qualemcumquè habeat, demōſtretur. Quia verò deſcriptio ex his conſtare debet, quæ loco generis ac differentiæ ponuntur; hæc autem notiora neceſſariò ſunt (oportet enim, vt à philoſophis dicitur, ex notioribus in eorum, quæ minus nota ſunt, cognitionem deuenire) ſanè exigitur, vt antequam IVBILEI deſcriptionem afferamus; illa omnia, quæ in ea reponēda ſunt, quęquè ſubobſcura eſſe videntur, ſaltem aliqua ex parte, dilucidemus. Cū

Ariſt.

autem

autem loco generis, vt ex iis, quæ dicentur, colligi poterit, pœnarum remiſſio, aut abſolutio poni debeat, & abſolutio illa, ſi pro rei natura explicari debet, abſquè indulgentiarum theſauri notitia, intelligi nequeat; neceſſarium vtiquè eſſe videtur, vt prius de theſauro ipſo, dequè pœnarum remiſſione diſputemus. Rurſus, quoniam de illo agimus IVBILEO, qui, vt nunc dicebatur, loco & tempore, ceu propriis differentiis, ab aliis ſecernitur; de iſtis conditionibus prius agendum eſt; vt mox pleniorem, abſolutioremquè afferre poſſimus definitionem. Sed iam de theſauro illo, deque ipſius diuitiis agamus.

Quid ſit ſacri Iubilei, ceterarumq; ſanctarū indulgentiarum theſaurus. Cap. 2.

QVONIAM autem ea eſt hominū natura (quod, et iugi experimento, vel in mulierculis ipſis eſt videre) vt nō rarò etiam abſque arte vlla, multigenis vtantur loquendi tropis: cuiuſmodi ſanè ſunt; metaphora, metonymia, ſynecdoche, antiphraſis, hyperbole, & ſimiles: nemini mirum videri debet, ſi etiā in diuinis eloquiis huiuſcemodi loquendi genera nonnumquam inueniantur. Inueniuntur vtiquè; & quidē multis in locis.
Pſ. 138. *Eſa. 1.* *Matt. 16.*
Ab eo etenim condita ſunt, qui vt ,, ſapiens teſtatur, omnium eſt arti-
,, fex, omnemquè habet virtutem: *Iob. 2.*
,, cuius ſapientia attingit à fine vſq; *Ioa. 21.*
,, ad finem fortiter, & diſponit om- *Sap. 7*
,, nia ſuauiter. *Sap. 8.*
Qua propter nullus mirari debet, ſi Eccleſia quoquè, cū eodem agatur diuino ſpiritu, in ſuis diplomatibus, aut ſanctionibus id ipſum aliquando habeat in uſu: quòdquè in re noſtra, cùm de ſatisfactoriis Chriſti, & ſanctorum operibus in unum congeſtis loquitur, perpulchra vtens metaphora (quam tamen ex ipſis ſacris literis mutuatur) *Sap. 7.* eorū aggregationem, vnionemuè theſaurum appellet. Sic enim habetur in Extrauagante Clementis vj. *De Pœnit. & rē.* (vt propria illius bullæ verba referamus).
,, Quantum ergo exinde, vt nec ſu- *Extr. Vnigen.*
,, peruacua, inanis, aut ſuperflua
,, tantæ effuſionis miſeratio reddere-
,, tur; theſaurum militanti Eccleſiæ
,, acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare
,, filiis pius Pater, vt ſic ſit infinitus
,, theſaurus hominibus; quo, qui
,, vſi ſunt, participes facti ſunt ami-
,, citiæ Dei.

SED, antequā quid nam ſit theſaurus iſte declaretur; animaduertere oportet, Reges ac Principes, cum ceteris debeant eſſe ditiores, & eorū ſplendore quodam dilucidius fulgere maieſtas, debeant quoque ſua regna tueri, nec non, cum opus fuerit, pauperum ægeſtati ſuccurrere; neceſſe eſt (quemadmodū in Opus. de Regimine Principū docet ſanctus Thomas) in regnis ſuis proprios habere theſauros. *D. Tho. Op. 20. li. 2. cap. 7.* At numquid non maximus prīceps eſt ſaluator noſter Chri-
,, ſtus? Audi Iſaiam: Factus eſt, in- *Eſa. 9.*
,, quit, principatus ſuper humerum
,, eius, & vocabitur admirabilis,
,, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, prin
,, ceps pacis. Sed & in Apocalypſi, *Apoc. 19*

Rex

Rex regum, & dominus dominan-
Luc. 19. tium appellatur. Porrò regnū eius,
Matt. 5. vt ex compluribus ſacri Euangelij lo
cis habetur, eſt Eccleſia. Debet igi-
tur ipſe quoque in ſuo regno propriū
poſſidere theſaurum: Non quidem
ea ratione, ut ſubditis ingenti diui-
tiarum cumulo præferatur; cum ſit
omnium diuiſſimus; Air enim:
Pſal. 49. „ Meus eſt orbis terræ, et plenitudo
Eſa. 6. „ eius: Neque vt diuina ipſius ma-
gis eluceſcat maieſtas, quæ maxima
eſt; cum de ipſo loquatur Iſaias, cum
„ ait: Vidi Dominum ſedentem ſu-
„ per ſolium excelſum & eleuatum,
„ & plena erat omnis terra maieſtate
Luc. 11. „ eius: Neque rurſus, vt regnū ſuum
ab hoſtibus tueatur; Iam enim, vt in
D. Lucæ Euāgelio dicitur, eos ſic de-
uicit; vt expoliauerit, regno expule-
rit, eorumquè diripuerit arma, cete-
raquè ſpolia diſtribuerit: Sed ea ma-
ximè de cauſa in Eccleſiæ regno im-
menſum congeſſit theſaurum, ut ſub-
ditorum conſuleret neceſſitatibus: id
quod tunc pręcipuè facere dignoſci-
tur; cum theſaurum illum aperiri iu-
bet, atque pro diſpenſatoris arbitrio,
aut etiam pro indigentium egeſtate,
(quemadmodum IVBILEI anno
fieri, ex his, quæ ſuprà diximus, pa-
tet) ſtatuit erogari. Eſt igitur eccleſiæ
theſaurus ſacroſancta Chriſti, & ſan
ctorum eius operum, quatenus pœ-
nalia, ac ſatiſfactoria ſunt, in vnum
collectio; cuius participatione, diui-
næ iuſtitiæ pro peccatorum pœnis ſa
tisfieri poteſt.

VERVM, vt vberius eiuſdem
theſauri pateat natura, ſciendum eſt,
Caiet. Op. vt diſertiſſimè docet in ſuis opuſcu-
primo de lis Thomas Caietanus, opera illa,
Indul. 9. 2 quæ à diuina gratia proficiſcuntur,
quadrifariam poſſe conſiderari; nimi
rum, vt bona, vt huius uel illius ſunt
naturæ, vt ex charitate proueniunt,
& vt pœnalia ſunt. Et quidem iuxta
priorem rationem bonū reddunt ha-
bentem, ipſumquè, vt iterū talia mo-
liatur, præparant. At verò ſecundo
modo conſiderata, medicinalia eſſe
perhibentur. Quòd ſi tertio expen-
dantur modo, æternæ vitę promeren
tur præmium. Quarta demū ratio-
ne perſpecta, ſatiſfactoria ſunt. Sed
age clarioris doctrinæ gratia exem-
plum ſubiiciamus. Abſtinentia, vt
bonum eſt opus, bonum efficit abſti
nentem. Vt autem huius eſt naturæ,
quòd rebellantē carnem ſpiritui ſer-
uire compellat; optimum eſt aduer-
ſus luxuriam præſidium. Vt verò ex
charitate ꝓficiſcitur; cœleſtis hęredi
tatis digna eſt mercede. Poſtremò ſi,
vti pœnalis eſt, perpendatur, ſanè pro
pœnis illis, quibus ob perpetrata ſce
lera meritò plecti deberemus, ſatiſfa
ctoria eſſe inuenietur.

1. SED vt hoc ipſum adhuc pau-
lò dilucidius fiat, animaduertēdū eſt,
aliquē eodem actu & ſibi ipſi mereri
poſſe, & citra vllā ſui premij iacturā,
pro altero ſatiſfacere. Id autē ex pœ-
nis illis, quas pro nobis in ara crucis
ſubſtinuit Chriſtus, multò magis ꝑ-
ſpicuum reddetur. Is enim ſanguinē
fundens amariſſimam, turpiſſimam- *Sap. 2.*
què pro præuaricatoribus, nimirum,
vt eis dimitterentur peccata, pertulit
mortem. Neque tamē propterea ſuæ
paſsionis ineffabili fruſtratus eſt præ
mio. Namquè, ut docet Apoſtolus,
„ propter hoc (ſcilicet quia exinaniuit *Philip. 2.*
„ ſemetipſum, factus obediens vſq;
„ ad mortem, mortem autē crucis)
„ & Deus exaltauit illum, & dedit il-
„ li nomen, quod eſt ſuper omne no
„ men: & quæ ibidem ſequuntur.

Porrò

Porrò fructus ille remittendæ non ſo
lum culpæ, verũ etiam pœnæ ad nos
vſque peruenit. Etenim tam ingens
1.Ioa.1. fuit illius acerbiſſimæ necis fructus;
vt abſque vllo ſui pręmij detrimento,
non pro noſtris tantum, ſed pro to-
tius mundi ſuffeciſſet criminibus.
Fuit igitur hoc Chriſti domini ac Sal
uatoris noſtri, opus meritorium, pa-
riter ac ſatisfactorium. Meritorium
quidẽ ſibi ipſi ac nobis; ſed quoniam
1 Pet. 2. ipſe nullius eguit ſatisfactionis (quip
pe qui neque peccatũ fecerit vnquã,
ſed neque facere potuerit) totum no-
bis contulit, quatenus ſatisfactorium:
quo fit, vt in eccleſiæ theſaurũ ineſti-
mabiles ingeſſerit diuitias.

RVRSVS, ambiguum nemi
ni eſſe debet, beatiſſimam ſemperquè
Virginem Dei genitricẽ, vſque adeo
à peccatis omnibus fuiſſe immunem
vt quouis neuo, etiam minimo, non
mortalis tantum, ſed etiam venialis
peccati, toto innocentiſſimæ, ſanctiſ-
ſimæquè uitæ ſuæ decurſu caruerit.
Sed neq; illud cuiquã in cõtrouerſiã
uerti poteſt, eam in tãtum orationi-
bus, vigiliis, ieiuniis, charitatis obſe-
quiis, ceteriſquè piis, ac ſatisfactoriis
D. Amb. operibus fuiſſe addictam, vt D. Am-
broſius in eo libro, quem de virgini-
bus edidit, cum de ipſa quampluri-
ma prædicaſſet; ea omnia breuiſſimo
verborum circuitu complectens:
„ Talis, inquit, fuit Maria, vt eius
„ vnius vita, omnium diſciplina ſit:
cum tamen innumeras, eaſquè acer-
biſſimas perpeſſa fuerit moleſtias; vn
Luc. 2. „ de Simeõ, Tuam ipſius animam,
„ inquit, pertranſibit gladius. Qua
propter liquidò cõſtat ipſam quoque
mirum in modum eundem Eccleſiæ
theſaurum locupletiorem reddidiſſe.

3. QVAMVIS autem nemo ſit,
qui abſquè peccato vitam hãc tranſi-
gere queat, ac propterea quàm rectiſ-
„ ſime dicat Ioannes: Si dixerimus, 1.Io.1.
„ quia peccatum non habemus, ipſi
„ nos ſeducimus, & veritas in nobis
„ non eſt: quòd & poeta ille probè
cognouiſſe uidetur, qui ait:

Nam vitiis nemo ſine viuit, optimus Horat.
ille,
Qui minimis vrgetur;

Nihilominus ea fuit complurium ſan
ctorum gloria (neque enim eos hoc
in loco ſilentio pręterire poſſumus)
vt rariſsima, leuiſſimaquè commiſe-
rint, atque propterea paucarum debi
tores fuerint expiandarũ pœnarum.
Veruntamen tot, tantaquè pro Chri
ſto conſtantiſsimè pertulerunt, vt de
illis ea verè prædicentur, quæ ſcribit
„ Paulus ad Hebræos, nimirũ: Cir- Heb. 11.
„ cuiuerunt in melotis, & in pelli-
„ bus caprinis, egentes, anguſtiati,
„ afflicti, in ſolitudinibus errantes,
„ in montibus, & in ſpeluncis, & in
„ cauernis terræ. Et rurſus, Alij, in-
„ quit, ludibria & verbera experti, in
„ ſuper & vincula, & carceres; lapi-
„ dati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in
„ occiſione gladij mortui ſunt. Qui-
bus tamen dignus non erat mundus.
Et Rabanus, uir pius pariter ac do- D.Rab.
ctus, quę paſſi ſunt Chriſti Martyres,
„ compendio colligens ait: Alij fer
„ ro perẽpti, alij flammis exuſti, alij
„ flagris verberati, alij vectibus per-
„ forati, alij demerſi pelagi periculo,
„ alij viui decoriati, alij vinculis mã
„ cipati, alij linguis priuati, alij lapi-
„ dibus obruti, alij frigore afflicti,
„ alij fame cruciati, alij verò trunca-
„ tis manibus, ſiuè ceteris membris
„ cæſis ſpectaculum contumeliæ in
„ populis nudi propter nomen Do-
„ mini portauerunt. Cum igitur ſan

ctı longè

& longè grauiores, quàm eorum errata vnquam exigere potuiſſent, pertulerint pœnas; quinimò, cũ ex eis non pauci fuerint, qui lethalibus noxiis omnino caruiſſe credantur, ut de præcurſore Iohanne, de Hieremia, dequè Iacobo Domini fratre, communi aſſeueratur ſententia: qui tamen tot ærumnas, tot miſerias, tot calamitates, totquè neces paſſi ſunt, vt horum quilibet videatur cũ Iob dicere
Iob. 6. „ potuiſſe: Vtinam appenderentur „ peccata mea, quibus iram merui, „ & calamitas quam patior in ſtatera, hæc quaſi arena maris grauior „ appareret: ſanè nulli dubium eſſe poteſt, nũ Deus ipſe, qui pro ſua benignitate mala noſtra ſemper conuer-
Ro. 8 tit in bonum; horum omnium ſatisfactiones (neque enim aut illis fuerunt neceſſariæ, aut in cuiuſpiam certæ perſonæ vtilitatem directæ) in Eccleſiæ theſaurum repoſuerit. Quo factum eſt, ut etiam ceteri ſancti diuitiis maximis ipſum coaceruauerint.

4. SED neque putare quis debet (niſi aut hæreſeos ſuſpectus haberi velit, aut ignorationis nota meritò inuri) theſaurum hunc hiſce etiam temporibus nouis nõ cumulari diuitiis. Nã ſi ab illis maximè ditari cenſetur, qui, propterea quòd rarenter, leuiterquè delinquant; pauciſsimis, ac nullius penè momenti, indigent ſatisfactionibus: cum tamen ieiuniis, orationibus, vigiliis, eleemoſynis, peregrinationibus, ceteriſquè piis operibus vacent: Et eiuſmodi chriſtiani prætertim ſacri IVBILEI tempore non pauci inueniantur in Eccleſia (neque enim putandus eſt Deus, ſi id
3. Reg. 19 olim præſtitit ſinagogæ, in ea ſeptem virorum millia, qui non curuauerint
Ro. 11 genua ante baal, non reliquiſſe) quis credere poterit diebus iſtis pretioſũ indulgentiarum theſaurum magnis non augeri diuitiis?

CETERVM, voluit Dominus theſaurum illum, tametſi infinitum, ſanctorum meritis cumulari, vt, quéadmodũ docet Thomas Caietanus, qui eius ſunt mẽbra, maximè autem *Caiet. & Ind. op. 1.* digniora, ſibi quoque veluti ipſorum capiti, ſimiliores efficerentur. Qua- *quæſt. 3.* propter, ſicut ſtatuit Sanctorũ quoſdam aliorum fore magiſtros, ac doctores; alios verò patronos, defenſoreſquè; illos autem alijs promereri; iſtos verò à Deo optata aliis impetra-
„ re (ipſe enim, ut dicit Paulus, de- *Eph. 4.* „ dit quoſdam quidẽ apoſtolos, ceu „ Eccleſiæ fundamenta; quoſdã autẽ „ prophetas, qui ſpiritu ſancti reuelatione neceſſaria intelligerent, ceteriſquè detegerent myſteria; alios „ verò euangeliſtas, qui ſcilicet euangelij annuntiandi gratia circumirẽt; „ alios autem paſtores, & doctores, qui aliorum eſſent antiſtites, eoſquè quibus præeſſent, paſcerent, & docerent) ita etiam voluit, vt in eccleſia ſua eſſent, qui propiis pœnis, pro aliorum quoque ſceleribus ſatiſfacerent; & hac ratione illi forent ſimiliores, qui, ut pro aliis omnibus ſatisfaceret, etiam præ aliis omnibus paſſus eſt. Quam ob rẽ & alios, quotquot in mũdo ſunt, ad amariſsimę paſsionis ſuæ, quòd ceteras oẽs quãtumuis *Tre. 1* maximas excederet, contemplationẽ „ inuitabat, dicens: O vos omnes, „ qui tranſitis per uiam, attendite, „ & uidete, ſi eſt dolor, ſicut dolor „ meus.

AD hæc, tanta eſt erga Sanctos ſuos Dei bonitas, vt ei non ſufficiat illos vſque adeo in cœlo, & in terra immortale ſempiternaquè extuliſſe

gloria,

Pſ. 138. gloria, vt Prophetæ dicere licuerit;
„ Nimis honorati ſunt amici tui,
„ Deus, nimis confortatus eſt prin-
„ cipatus eorum: Sed indies maio-
res digniores ſquè eos reddere ſtudeat.
Qua propter, qui eis tribuit, vt eorũ
inuocatione noua edantur miracula,
noua emittantur, reddanturquè vo-
ta, nouæ gratiæ donentur; vtquè in
eorum illuſtrioré gloriam de eorum
encomiis nouę habeantur cõciones,
noui codices cõſcribantur, nouæ con
ſtruantur, aut veteres reparentur ec-
cleſiæ, hic etiam voluit, vt hoc nouo
gaudio perfruerentur in cœlo, nimi-
rum, vt viderent pœnas illas, quas,
cum adhuc mortales eſſent, ſubſti-
nuerunt (quorum tamen pro expian
dis propriis criminibus nequaquam
indiguerunt) pro aliis diuinæ iuſtitię
ſatisfacere; illoſquè, quibus conceſſę
fuerint, citius ad cœleſtem patriam
euolare. Sed diuini Theſauri natu-
ram affatim iam expendimus; nunc
quomodo in Eccleſia conditus ſit,
videamus.

Quòd Christus in eccleſia ſua ſacri Iubilei, indulgentiarumquè theſaurum condiderit. Cap. 3.

QVAMVIS autẽ Dei
benignitas erga eccle
ſiam ſuam in reb' om
nibus maxima ſem-
per fuerit; nihilomi-
nus quantum ad illa;
quę ad fidẽ attinent, propterea quòd,
Heb. 11. vt D. Paulus docet, totius Chriſtiani
ædificij fundamentum ſit, benignio-
rem ſe ſe illi exhibuiſſe videtur. Ne-
que enim ſat illi fuit, ea nobis diui-
nitus olim reuelaſſe per Prophetas,
mox per Apoſtolos prædicaſſe, cõfir-
maſſe miraculis; niſi & myſticis figu
ris in his, quæ antiquitus geſta ſunt
„ (etenim ea omnia, vt ſupra cum
„ D. Paulo dictũ eſt, in figura cõtin 1. Cor. 10
„ gebant illis, & in figura facta ſunt
„ noſtri) quaſi in picturis, & ſimu-
lachris quibuſdam ea repręſentare di
gnata eſſet; id quod in rem noſtram
cadere patet.

LEGIMVS namque in tertio Re 3. Reg. 7.
gum libro regem Salomonem, virũ
omnium ſapientiſſimum, vbi admi-
rabile illud Dei templum tandem fe
liciter abſoluiſſet, eiquè extremã im-
poſuiſſet manum; vti patri ſuo Daui-
di obſequeretur, ea omnia, quæ alia
de cauſa idemmet pater ſuus ſanctifi
cauerat, in illo condidiſſe. Hæc autẽ
fuere, argentea & aurea vaſa complu
ra, et ingens puriſſimi argenti, proba-
tiſſimiquè auri copia. Et hęc quidẽ, vt
diuini illius templi ditiſſimus opulen
tiſſimuſquè forent theſaurus. Sed per-
pulchrum hunc typum diligentius,
fuſiuſquè contemplemur. Igitur Sa-
lomonem Chriſti domini noſtri fi-
guram geſſiſſe, cum ipſemet hoc do- Matt. 22.
cuerit, ambiguum eſſe non poteſt;
Vnde & pluribus ipſum referebat,
„ Vt potè, pace: Orietur in diebus Pſal. 71.
„ eius iuſtitia & abundantia pacis.
„ Diuitiis: Gloria, & diuitiæ in do- Pſ. 111.
„ mo eius. Sapientiæ ſublimitate:
„ In quo ſunt omnes theſauri ſapien Coloſ. 2.
„ tiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Re
„ gia maieſtate: Habens ſcriptum in
„ fœmore ſuo Rex Regũ; & Domi- Apoc. 19
nus Dominantiũ. Perpulchro Hiero
ſolymorum regno: Et in Ieruſalem Eccl. 24.

,, poteſtas mea. Verũ quia id, quod figura demõſtratur, eam excellere debet, Chriſtus citra comparationem vllam Salomoni præſtare dignoſcitur: quòd ipſemet, cum de illo aliquando loqueretur, apertiſſimè docens: *Matt.12.* Ecce, inquit, pluſquam Salomon hic. Quapropter quemadmodum Salomon condidit Deũ templum, ita & Chriſtus ædificauit Eccleſiam, templo ipſo veluti imagine quadam delineatam.

IN huius autem rei ſignum, ſicut Deus dixit ſe locum illum, templum *Paral.7.* videlicet, tamquam propriam domũ elegiſſe, in quo nomẽ ſuum, ſuos oculos, nec non & cor ſuum collocaret: ,, Elegi, inquit, & ſanctificaui locum ,, iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ,, ſempiternum, & permaneant oculi ,, mei, et cor meũ ibi cũctis diebus: Ita ſanè, & cum Eccleſia mox ſe geſſit. Hanc enim veluti propriam domum, in qua ſingulariter habitaret, *Matt.28.* ,, elegit; vnde & dixit: Ecce ego vo,, biſcũ ſum omnibus diebus uſque ,, ad cõſummationẽ ſeculi. In ea nomen ſuum eſſe voluit; quoniam & in ea præcipuè ſtatuit inuocari; vnde Propheta de Eccleſia miſticè loquens *Pſ.137.* ,, ait: Adorabo ad tẽplum ſanctum ,, tuum, & confitebor nomini tuo. Suos quoque oculos in domo iſta, in eccleſia ſcilicet, habere voluit; quoniam eorum, qui in eccleſia ſunt, maximè gerit prouidentiam. Demum, quòd domum hanc magna proſequatur charitate, ac propterea cor ſuum in ipſa iure habere dicatur, ex D. Pauli verbis liquidè patet. Ait enim: *Eph.5.* ,, Chriſtus dilexit eccleſiam, & tra,, didit ſemetipſum pro ea.

PORRO Salomon templo illi pulcherrimo tãdem finem impoſuit. Et Chriſtus nouiſſimè in cruce pendens ſanctiſſimæ eccleſiæ opus perfecit; vnde iam iam moriturus eccleſię ſuæ finem, conſummationẽquè deſignans, hoc poſtremum protulit ver,, bum, videlicet: Conſummatũ eſt. Quo quid aliud eum ſignificare voluiſſe putas, niſi ſe iam eccleſiæ fabricam abſoluiſſe? Iam enim ſuo ſanguine, illius abluerat ſordes, candidiſſimamquè reddiderat: *Apoc.1.* Iam Petrũ Apoſtolorum principem ei præfecerat: *Matt.16* Ipſam eidem Petro commendauerat; *Ioa.21.* Suiſquè eam ditauerat ſacramentis. *Matt.26*

AT Salomon, cùm templum cõpleuiſſet; ea in ipſo repoſuit, quæ Dauid eius Pater hoc maximè conſilio, vt in ipſo ſcilicet cõderetur, ſanctificauerat. Quòd autem & Dominus noſter id ipſum ſua in eccleſia fecerit, facilè eluceſcet, ſi animaduerſum fuerit, vaſa illa argentea & aurea, diuerſos ſignificare Sanctos; quemadmodum & improbi vaſa terrea átque fictilia ab Apoſtolo pariter nũcupant: ,, In magna, inquit, domo nõ ſolũ ſũt ,, vaſa aurea et argẽtea, ſed & lignea *2.Tim.2.* ,, & fictilia. Hęc igitur uaſa, quæ cœleſtis Pater ab ęterno ſanctificauerat, intulit Chriſtus in Eccleſiã; in quam etiam, ſicut fecerat Salomon, magnã auri, argentiquè copiam, quæ & ſua & Sanctorum ſuorum pœnalia, ac ſatiſfactoria opera ſunt, pro ſua erga illam mira charitate congeſſit. Porrò hæc auri & argenti nominibus deſignantur; tum quia præ ceteris omnibus malleis & incudibus (vt ita dixerim) tunduntur, atque examinantur igne; tum etiam quia debita omnia quantacumquè fuerint, his duobus, auro videlicet & argento penduntur. Igitur Chriſti, & Sanctorum paſſiones ex

nes ex

nes, ex quibus eccleſiæ theſaurus con
ſtat, vt paulò dilucidius idem expli-
cemus, aurum & argentum, iure op
timo nominatur: Et ratione quidem
materiæ; quoniam pluribus paratur
percuſſionibus: Et ratione vſus; quo
niam his duobus debita vniuerſa re-
dimuntur. Sicquè ditiſſimus ille in-
dulgentiarum theſaurus à Chriſto re
conditus eſſe in eccleſia perhibetur.

AT verò quàm excellens, quàm
præclarus, quàmquè opulētus ſit the
ſaurus hic, aliqua ex parte planum
erit; ſi cum theſauris illis, quos præ-
cipuè diuina cōmemorat ſcriptura,
conferatur. Eſt quidē igitur (vt hinc
veluti à cōuenientiori loco exordia-
mur) ingens theſaurus vera cordis læ
titia, ea ſcilicet quæ ex pura, ſyncera,
candidaquè oritur cōſcientia; quam
Pro. 15. propterea eadem ſacra eloquia, iugi,
nulloque temporis pūcto intermiſſo
conuiuio perſimilem eſſe teſtantur,
quo cognati & amici inſolito quodā
gaudio ſe ſe mutuò perfruuntur. De
hoc autem theſauro loquitur Eccle-
Eccl. 33. „ ſiaſticus, cum ait: Iucunditas cor-
„ dis hæc eſt vita hominis, & theſau
„ rus ſine defectione ſanctitatis. Di-
tiſſimus quoque theſaurus eſt; quòd
quis propria ſit ſorte contentus, & vi
tam hanc abſquè cupiditatibus trāſi-
gat; vnde tritiſſimum illud D. Augu
D. Aug. „ ſtini elogium: Summa fœlicitas,
Socrat. „ nulla cupiditas. Et Socrates, qui
omnium ſapientiſſimus eſt habitus;
cum à quodam interrogaretur; quiſ-
nam videretur ſibi ditiſſimus; reſpō-
„ dit; Qui paucisſimis eſt conten-
„ tus. Sed theſaurum hunc ingentē
eſſe, hinc quoq; coniici poteſt, quòd
tam pauci, qui illum verè perfectè
què poſſideant, inueniuntur, vt Ve-
nuſino poetæ canere licuerit;

Qui ſit Mæcenas, vt nemo quàm ſibi Horat.
ſortem,
Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa
Contentus viuat?

At ipſum planè nouerat, ſicuti et frue
„ batur, qui dicebat: Vita ſibi ſuffi Eccl. 40.
„ cientis operarij conculcabitur; &
„ in ea inuenies theſaurū. Ceterum
quòd & verus fiduſquè amicus locu-
pletiſsimus ſit theſaurus (vt taceam,
quod neq; laboribus acquiri poteſt,
neque humanis precibus impetrari,
neque comparari pecuniis, aut mune
ribus obtineri) argumēto eſſe poteſt,
tum quòd tam rari inueniuntur ami
„ ci: vt ex omnibus ſeculis, ſicut præ
„ clarè inquit Cicero, uix tria, aut Cicero.
„ quatuor nominentur amicorū pa-
„ ria: tū quòd fideli amico nihil vi-
deatur iucundius, nihil charius, ni-
hil optabilius: quòdquè, vt in diui-
nis ſcripturis dicitur, fideli amico Eccl. 6.
nulla ſit comparatio. Vnde ſapiens
ille Eccleſiaſticus theſaurum iſtum
„ demonſtrans: Qui inuenit ami- Eccl. 6.
„ cum, inquit, inuenit theſaurum.

VERVM theſaurus hic noſter, de
quo loquimur; theſauris cunctis lon
gè præſtabilior eſſe videtur. Hic enim
quoniā antecedente pœnitentia (quæ
ad ipſius theſauri ſuſceptionē reipſa
neceſſaria eſt) culpæ omnes delen-
tur, & ab vniuerſis, quas alioqui ſu-
bire neceſſe eſſet, liberat pœnis; verè
nitidam, ſerenam, atque ſecurā præ
ſtat conſcientiam. Hic reuera in cau
ſa eſſet debet, vt homo, vbi pro ſua ip
ſius neceſſitate eius effectus fuerit
particeps, ſua ſorte beatus exiſtimari
poſsit, ac debeat; cum nihil inueniri,
aut excogitari queat iucundius, aut
etiam fœlicius, quàm habere vndè,
quòd Deo acceptus ſis, iure conijce-
re poſsis. Hic ſanè in cauſa eſt, vt fi-

Eccl. 6. delis ille inueniatur amicus, cui ne-
que argentum, neque aurum, neque
lapides quantumuis pretioſi compa-
rari poſſunt. Quo fit, vt theſauro-
rum omnium theſaurus haud iniuria
& haberi, & prædicari omnibus poſ-
ſit. Hic enim (vt teſtante Sapiente
Sap. 7 „ didicimus) infinitus theſaurus eſt
„ hominibus, quo qui vſi ſunt, par-
„ ticipes facti ſunt amicitię Dei. Sed
id explicabitur planius, cum de mira
bilibus ſacri IVBILEI fructibus
inferius diſputabitur.

Quid ſit remiſsio illa pec-catorum, quæ maximè Iubilei anno conce-di ſolet. Cap. 4.

QVONIAM autem
de remiſsione illa, ſeu
indulgentia hic loqui
debemus, quæ anno
ſancto (ſic enim cum
aliis omnibus ipſum
appellandum eſſe putamus) iis, qui
ſacrum ſuſceperint IVBILEVM,
concedi cõſueuit; operæpretium eſt
propoſitionem quandam, quæ dicen
dorum ſit fundamentum, hoc loco
præiaceamus. Ea autem eſt, peccata
D. Tho. omnia, preſertim verò letalia, quem-
12.q.87. admodum à D. Thoma luculenter
ar.5.et 6. declaratur, pœnarum debitores illos,
qui ipſa perpetrauerint, cõſtituere. Id
quod rationibus, exemplis, nec non
ſanctorum teſtimoniis haud difficul
ter confirmari poteſt.

QVAMOBREM ſciendum
eſt duo in quouis peccato, iuxta com-
munem Theologorum doctrinam,
inueniri, culpam videlicet, et reatum.
Culpa quidem eſt, propter quam red
ditur homo Deo inimicus: Scriptum Sap. 14.
„ namque eſt: Odio ſunt Deo im- Eccl. 13.
„ pius, & impietas eius. Et alio loco:
„ Altiſſimus odio habet peccatores.
Reatus autẽ pœnæ eſt obligatio, qua,
qui peccauerit, obnoxius eſt ſuppli-
ciis illis, quæ ob perpetratum ſcelus
perpeti debet. Nam, ſicut diuina iu-
ſtitia nullum patitur bonum opus ir
remuneratum remanere; ita etiã non
ſinit delictum vllum abire inultum.
Qua propter, ſicut tam lato, tam prę
claro, tam denique auguſto egregia
quondam Romanorũ opera, quem-
admodum non in loco vno & altero
docet D. Auguſtinus, compenſauit D. Aug.
imperio; & quotidie præſentium re-
rum proſperitatibus, vt potè corpo-
ris ſanitate, vitæ longitudine, diuitia-
rum copia, filiorum ac nepotũ mul-
titudine, dignitatum ſublimitate, at
que huiuſcemodi tẽporaneis rebus,
pro bonis operibus, Deus nonnum-
quàm peccatoribus rependere cõſue-
uit: ita etiam conſtituit, vt quicum-
què peccauerint, ac propterea diuinę
ipſius obtemperare noluerint volun-
tati; vſque adeo luendis pœnis deuin
cti remaneant, ut niſi, aut tanta pœni-
tudinis acerbitate, tantoquè lachry-
marum imbre cõmiſſa crimina ablue
rint, aut modo alio eis ſubueniatur;
vel præſenti, vel futuro ſeculo eas ſu
beant, neceſsè ſit. Vnde, ſicut Rerũ
publicarum leges (quæ tamen iuſtæ
cenſentur) latrones, ſicarios, homici
das, alioſquè eiuſdẽ farinæ homines
(quamquam admiſſorum ſcelerum
tam vehementer eos pœniteat, vt ea
abhorreant, deteſtenturquè; nec non
& ab illis, quos damnis, læſionibus,
aut

Sap. 10. Gen. 3 Gen. 3 D. Hier. Ep. 125. Gen. 4. 2 Reg. 12 D. Aug.

aut huiuſmodi iniuriis affecerunt, ve niam impetrauerint) impunes abire nolunt: ita diuina lege cautum eſt, vt qui grauiter deliquerint, etiam poſt condonatam à Deo culpam, expiandarum remaneāt debitores pœnarū. Quapropter licet grauiſſimā illam in Deū offenſam protoparenti Adæ, vt ex ſacris ſcripturis habetur, Deus ipſe dimiſiſſet, nihilominus volens, „ vt condignas exolueret pœnas: Ma„ ledicta, inquit, terra in opere tuo; „ in laboribus comedes ex ea cun„ ctis diebus uitę tuæ; ſpinas & tri„ bulos germinabit tibi; & come„ des herbas terræ. In ſudore vultus „ tui veſceris pane tuo. Id ipſum, & cum ipſius vxore Eua factum eſt. Etenim culpam quidem ei Deus condonauit: ſed cruciatus minimè leues il„ li conſtituens, ait: Multiplicabo cō„ ceptus tuos, & ærumnas tuas. In „ dolore paries filios tuos. Pepercerat quidem, & fratricidæ Cain, vt in Epiſtola ad Damaſū teſtatur D. Hieronymus; voluit tamē, vt pro expiando tam grandi ſcelere, & profugus eſſet ſuper terram, & iuxta Græcorum interpretum ſententiam, perpetuo totius corporis tremore cruciaretur; ac poſtremo violētam occumberet mortem. Rurſus rex ille Dauid, licet indigni illius facinoris, & culpæ fœditatis, quam adulterio, cędequè infelix perpetrauerat, à Deo veniā obtinuiſſet, hac enim de cauſa per prophetā „ dictum eſt: Dominus trāſtulit pec„ catum tuum; veruntamen, ſicut idem propheta ei prędixerat, & ex ſecundo Regū libro colligitur, ob cōmiſſa crimina multas, diraſquè perpeſſus eſt calamitates. Sed & D. Auguſtinus in eo libro, quem de vera, & falſa pœnitentia inſcripſit, de cadē re

2 Reg. 12 Luc. 3. Ro. 6. D. Greg. D. Greg.

„ loquens: Tale aliquid, inquit, no„ bis inſinuatum eſt de Patriarcha „ Dauid, in libro Regnorum; ad „ quem Propheta, cum miſſus eſſet, „ eique propter peccatum, quod cō„ miſerat, euentura mala ex iracun„ dia Dei comminaretur; confeſſio„ ne peccati veniam meruit, reſpon„ dente propheta, quod illud ei fla„ gitium, facinuſquè remiſſum ſit; „ & tamē cōſequuta ſunt, quæ Deus „ fuerat cōminatus, vt ſic humilia„ retur à filio. Hanc ob rem etiā Iohannes à pœnitentibus ſatisfactoria „ opera exigens dicebat: Facite fru„ ctus dignos pœnitētię. Hos autem pœnitentiæ fructus enumerans Pau„ lus ait: Humanum dico propter „ infirmitatē carnis veſtræ; ſicut ex„ hibuiſtis mēbra veſtra ſeruire im„ munditiæ; & iniquitati ad iniqui„ tatem: ita nunc exhibite membra „ veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica„ tionē. Et Gregorius Apoſtoli ver„ baediſſerens: Si quis, inquit, in „ culpam ſit lapſus, tanto à ſe debet „ licita abſcindere, quanto ſe memi„ nit et illicita perpetraſſe. Vniuſcu„ iuſque ergo conſcientia cōuenitur, „ vt tanto maiora quærat bonorum „ operum lucra per pœnitentiam, „ quanto grauiora ſibi intulerat dā„ na per culpam. Declarat autem hoc ipſum idem ſanctiſſimus pater in homilia quadam propoſito admirando Mariæ Magdalenæ exem„ plo. Ait namque: Quot in ſe ha„ buit oblectamenta, tot de ſe inue„ nit holocauſta. Conuertit ad vir„ tutum numerum, numerum crimi„ num; vt totum ſeruiret Deo in pœ„ nitentia, quicquid ex ſe Deum „ contempſerat in culpa. Lachry„ mis namque pedes Ieſu lauit, capillis

„ pillis capitis terſit, & vnguento
„ vnxit.
CETERVM pro commiſſis cri
minibus tribus modis Deo, quod ei
debemus, perſoluere poſſumus: pro-
prijs ſcilicet pœnalitatibus; amicorũ
ſatisfactoriis operibus; atque diuitiis
ex ſacto indulgentiarum theſauro
exhibitis.
1. PRIMO quidem modo, ieiu-
niis, orationibus, atque eleemoſynis,
4. Sen. di 20. quod communi Theologorum om-
nium ſuffragio comprobatur, diuinæ
ſatisfacimus iuſtitiæ. Cum enim pec
cando iniuriam aliquam Deo irroga-
uerimus; &, quantum in nobis fuit,
non nihil illi ſubtraxerimus hono-
ris; vnde meritò de nobis comqueri-
Ioha. 8. „ tur dicens: Vos autem inhonora-
D. Anſ. „ ſtis me; rationi conſentaneum eſt
iuxta D. Anſelmi ſentẽtiam, vt & à
nobis ipſis auferamus aliquid, quod
ipſi Deo, ceu ſacrificium quoddam,
offeramus. Qua propter cum tria,
quę modo quodam in noſtra ſunt po
teſtate conſtituta; nimirum, corpus,
animam, bonaquè exteriora, poſſidea
mus: ſi propter Deum corpori debi-
tum cibum denegauerimus; animæ
autem aliò quàm vellet, conuerteri-
mus intẽtionem; & à diuitiis partem
aliquam detraxerimus, ac ieiunium,
orationem, atque eleemoſynam ob-
tulerimus Deo; profectò quædã illi
exhibebimus ſacrificia; ſicquè an-
te actæ vitæ errata ſaltem aliqua ex-
parte compenſabimus. Nam cum
opera iſta pœnalia ſint; neceſſe eſt, vt
etiam pro peccatis ſatisfactoria eſſe
cenſeantur.
2. AT ſecundo modo, ea ratione
Deo ſatisfieri contingit; quòd, cum
Chriſtiani omnes eodem regeneren-
tur baptiſmate, eadem confirmatio-
ne roborentur, ac ſumant incremen-
tum, eodemquè corporis, ac ſangui-
nis Chriſti ſacramento reficiantur;
atque iccirco eiuſdem efficiantur cor
„ poris membra (vnum enim cor- 1. Cor. 10
„ pus, & vnus panis, teſte Paulo, ſu-
„ mus omnes, qui de vno pane et de
„ vno calice participamus) charita-
tis glutino connexi, atque compacti,
bona propria non corporalia ſolum,
ſed etiam ſpiritalia inuicem commu
nicant; quo ſanè modo (dumtamen
vterquè Dei gratia fulgeat) alter pro
altero Deo ſatisfacit: id quod nos fi-
dei articulo, iuxta illud prophetæ va- Pſ. 118
„ ticiniũ: Particeps ego ſũ oĩum timẽ
„ tium te, & cuſtodientium mãdata
tua: corde credim⁹ & ore cõfitemur. Ro. 8
3. PORRO tertio modo Deo
poterimus ſatisfacere, ſi oblatas à Sũ-
mis Pont. pro eorum erga ſubditos
paterna begnignitate, piè acceperi-
mus indulgentias; quod ſanè nihil
aliud eſſe videtur, vt piiſſimè eruditiſ
ſimequè ſacri docent Theologi, quã
quòd ſatisfactoria Chriſti, & Sancto-
rum opera, veluti magna pecuniarũ
copia nobis cõmunicentur, quibus
pœnarum debita diſſoluamus.
CVM autem IVBILEVS,
vt mox in ſua definitione dicetur, ſit
remiſſio, ſeu condonatio quędam; ſa
nè non eſt propterea putandum ip-
ſum remiſſionem eſſe culparum, ma
ximè verò lethalium; quoniam cul-
pæ pœnitẽtię ſacramẽto dimittũtur:
Neque pœnarum æternarum, cum il
læ eodem quoque modo cõdonẽtur:
Neque rurſus illarum putandus eſt
condonatio pœnarum, quibus fures,
ſicarios, ac nequiſſimos quoſque ho-
mines ciuiles leges plecti præcipiũt:
Neque tandem illarum, quas, priuſ-
quàm iuſtitia donentur, aliquando
ſubeunt

ſubeunt peccatores. Qui enim in peccato viuunt, .Cor. 6. cùm non videatur vlla eſſe poſſe participatio iuſtitię cum iniquitate; paſſionis Chriſti fructuũ participes fieri non poſſunt. Eſt igitur IVBILEVS illarum pœnarum remiſſio, quæ diuina lege pro expiandis criminibus ſtatutæ ſunt, quaſquè ſi quæ remanent expurgãda, qui poſt Dei offenſas ad fœlicẽ gratię ſtatum redierint, perſoluere aſtringuntur. Et hæ quidem iccirco illis, qui IVBILEO donari meruerint, dimittuntur, quòd earum loco, tantũ ex Chriſti & Sanctorum pœnalitatibus, ut nunc dicebamus, diuinæ exhibetur iuſtitiæ, quãtum illos pati oporteret. Quo fit, vt hic miſericordia & iuſtitia; venia & vindicta; remiſsio & ſolutio; Et illa quidem ex parte peccatorum; hæc autem ex parte Dei, inſimul exerceri haud obſcurè dignoſcãtur. Euidens quippè miſericordia eſt, quòd delinquẽtes pro eorum erratis minimè puniantur. Euidens quoque eſt iuſtitia, quòd eorum delicta Chriſti, & Sanctorum afflictionibus diluantur. Rurſus magna venia eſt, quòd condigna caſtigatione nequaquam plectantur, qui Deum offendere non timuerunt. Sed & magna exercetur vindicta, quòd eiuſdem Saluatoris noſtri & amicorum eius cruciatibus expientur. Tãdem vera perfectaquè debitorum condonatio eſt, quòd peccatorum omnium deleantur chirographa. Vera quoque ac magnifica ſolutio eſt, quòd pretioſo ecMatt. 18. cleſiæ theſauro debita illa vſque ad extremum pendantur quadrantem.

CETERVM, quemadmodum Princeps ille, cui theſauri Reipublicæ credita eſt diſpenſatio, egenis omnibus nequaquam tantum ſemper ex eo præbet, quantum pro ſoluẽdis cunctis debitis cuilibet neceſſarium foret: ſed aliquando quidem minus, aliquando verò pluſculum, nõnumquam autem etiam tantum, ſaltem alicui diſtribuit, quantùm pro ſoluendis debitis omnibus opus eſſe perſpexerit: Ita & Summus Pontifex in ſacri Eccleſiæ theſauri diſtributione ſe gerit. Nonnumquam enim ex ſatisfactoriis Chriſti, & Sanctorum operibus tantum tribuit, vt pro quarta, aut tertia, aut etiam dimidia peccatorum parte ſatisfácere valeant: interdum autem tam plenam cunctis populis confert indulgentiã, vt etiam pro pœnis omnibus diuino iudicia ſatisfaciant. Quia ergo anno ſancto peccatorum omnium, vt loco ſuo dicetur, vniuerſa debita perſoluuntur, conſequens eſt, vt IVBILEVS perfectiſsima ſit remiſsio, indulgentiaquè pleniſsima. Sed id ſequenti capite ualidiſſimis ſuadebitur rationibus.

Quòd Iubilei indulgentiæ ceteras antecellant. Cap. 5.

SED equidem nequaquam ignoro, quàm grandem prouinciã aggrediar, et quã graue ſubeam onus; cum docere ac ſuadere molior, loco ac tempore conſtituti IVBILEI indulgentias efficacia, certitudine, vtilitate, plenitudinequè ceteris omnibuss, eodem etiam nomine inſignitis eſſe maiores. Neque enim videtur fieri poſſe, vt plena, ſeu plenaria indulgentia valeat alia plenior inueniri: quemadmodum nec continget vnquam, vt amphora plena alia plenior reperiatur. Verũ, his & ſimilibus minimè obſiſtentibus, hanc noſtram aſſertionem non eſſe à veritate alienam maximis (niſi fallor) rationibus comprobari, & ſacrorum Canonum apertiſſimis teſtimoniis demonſtrari ſatis poterit.

1. PRIMA ergo ratio eſt; quia ea omnia, quę pro indulgẽtiarum acquiſitione neceſſaria ſunt, ad aſſeuerandum hoc, haud obſcurè inducere videntur. Igitur pro apertiori huius rei notitia, ſciendũ eſt, pro indulgentiis acquirendis (quæ communis eſt Theologorum ſententia) tria exigi neceſſariò, nempè, diſpenſatoris, auctoritatem; cauſæ pietatem; & debitam recipientis præparationẽ. Quapropter ſi à Summo Pontifice, à vero videlicet Chriſti vicario, qui ſummã inexhauſti Eccleſię theſauri habet diſpenſandi poteſtatem, plena indulgentia concedatur: ſi pia prouocetur, inducaturuè cauſa; quales ſanè eſſe viderentur, aduerſus Chriſtianæ religionis hoſtes pugnare; captiuos redimere; Martyrum baſilicas cõſtruere, aut dirutas reparare; ſacra viſere loca; atque operibus illis, quibus honoratur Deus, incumbere: ſi illi, quibus dantur indulgentiæ, ea omnia, quæ facere iubentur, ea pietate, ac religione, quæ neceſſaria fuerit, abſoluere aggrediantur; abſque dubio indulgentiæ effectum ſortiuntur. At philoſophantibus omnibus manifeſtum axioma eſt, quò magis diſpoſita fuerit materiam perfectius recipere formam. Aer enim, quò fuerit melius nubibus, nebulis, atque huiuſmodi vaporibus purgatus, melius quoq; ac plenius ſolis recipiet lumen. Rurſus, nemo eſt, qui hæſitare poſſit, augeri effectum, ſi cauſam quoque incrementum ſumpſiſſe contigerit. Si enim excreſcit ignis, eius pariter redditur calor intẽſior. Cum ergo maior ſit, quàm quouis alio tempore, ad obtinendas indulgentias ſacro IVBILEI anno Chriſtianorum diſpoſitio, quando diligentius à peccatis cauent; ieiuniis, orationibus, eleemoſynis magis vacant, ſacras Sanctorum ædes ſæpius viſunt; ad ſacramẽta accedunt frequentius; ceteriſquè piis operibus ardentius incumbunt; qui fieri poteſt, vt non etiam magis efficienter, certius, vtilius, atque copioſius indulgentias conſequantur? Rurſus cum eodem tempore indulgẽtiarum cauſæ, ex parte illorum, qui eas lucrari contendunt, plures ac magis piæ eſſe videantur, vt hinc quoq; patet, quod tam longa, ac laborioſa, periculoſaquè ſumuntur itinera; tam

Matt. 16.

tam magnis impenſis Romam acceditur; tam largæ pro eccleſiarum inſtauratione erogantur eleemoſynæ; (quod aliis tẽporibus vſu venire non videmus) quis dubitare poteſt, quin certius, aut etiam plenius acquiratur indulgentiæ? Item cum Summi Pontifices Spiritus ſancti illuſtratione edocti, ſacrum IVBILEVM prius centeſimo, mox quĩquageſimo, deinde trigeſimo tertio, tandem uigeſimo quinto quoque anno, ideoquè tam rarò celebrandum inſtituerint, tãtaquè apparatione voluerint à fidelibus celebrari, vt ex eorũ diplomatibus patet; quis vnquam crederet, eorũ non fuiſſe intentionem, immẽſum indulgentiarum theſaurum largius, ac magnificentius, quàm quauis alia tẽpeſtate, aut occaſione fidelibus diſpenſare? Sed & qua de cauſa hoc tãtummodo anno porta, quam iurè ſanctã nominant, ab illis aperitur, niſi vt & hoc clariſſimo, euidentiſſimoquè ſigno inſolitam parari diuini ærarij diſtributionem fidelibus omnibus indicetur?

Extrauà. Antiquorum. Vnigenitus. Quemadmodum.

2. SED alia perſuaſio à communi Chriſtianorum opinione trahitur. Nam tanta eſt communium opinionum exiſtimatio, tã magna auctoritas, vt philoſophorum omnium princeps Ariſtoteles, non in morali ſolum, ac rationali, ſed in naturali, diuinaquè philoſophia nõnumquã ex uniuerſali ſententia eruat argumenta. Et D. Thomas, abſit inuidia verbo, inter theologos omnes longè primus, aſſeuerat cõmunem opinionem, aut omnino veram eſſe, aut vero non omnino falſam. Iuriſquoquè periti tanti faciunt id, quod communiter aſſeritur: vt qui illud ſequitur, & ad labefactandam oppoſitam ſententiam, & ad confirmandam, ſtabiliendamquè propriam efficaciſsima afferre videatur argumenta. At numquid non cõmunis videtur catholicorũ omnium opinio, IVBILEI anno efficacius, certius, fructuoſius, vberiuſquè quàm quouis alio tẽpore tribui, & acquiri culparum indulgentias? Id enim liquidò oſtẽdunt, quòd annus ille tot laudibus efferatur; quòd tanto expectetur deſiderio; quòdquè tam ingenti gaudio ex omnibus mundi partibus populorum celebretur concurſu: deniquè quòd Chriſtiani omnes, quotquot Romam proficiſci valent, tam piè efficere curent, quæ paulò ſuperius dicebamus, huius communis opinionis manifeſtum uidentur præſeferre teſtimonium.

Ariſt.

D. Tho. 1. 2. queſt. 5 ar. 3. ter.

3. QVAE autem nunc adhibenda eſt ratio, ex diuerſis de indulgentiarum pondere Theologorum placitis afformatur. Sunt enim Theologi nonnulli, & ij quidem præclariſſimi, quales preſertim fuere Caietanus & Naclantes, qui de indulgentiis in communi diſſerentes mordicus teneant, & compluribus, iiſquè non reiiciendis, vt videntur, rationibus probare conentur, eas ab iniunctis tantum abſoluere pœnis. Neque huic ſententiæ aduerſari dicunt, quòd Papa non rarò plenarias conferat indulgentias. Primo vtique, quia huiuſmodi conceſſiones, veræ quidem ſunt, atque firmæ, ſed quatenus ex ipſis pẽdent indulgentiis. Hoc eſt, ſupponunt perſonas, quibus condonantur, debita contritione peccata ſua, vti conuenit, in confeſſione explicaſſe, atquè pro eorum grauitate impoſitas fuiſſe ſatisfactiones, tales ſcilicet quales pro commiſſis criminibus luere debuiſſent. Quo fit, vt indulgen-

Caiet. de indul. Op. 1. cap. 7. Naclan. Tract. de Indul.

tiæ illæ meritò appellentur plenariæ,
quæ frequenter à Summis Pont. con
ceduntur. Deinde, quia eiuſmodi in-
dulgentiæ tribuantur iuxta opinioné
illam, qua, vt nunc dicemus, aſſeri-
tur, plenarias indulgentias, & ab in-
iunctis, & à non iniunctis pœnis ab-
ſoluere. Sunt enim et alij Theologhi
Silueſter minime vulgares, nempe Silueſter,
Dom. Soto. 4. ſē. & Dominicus Soto, et alij non pauci,
qui ne dum contrarium ſentiant, vi-
delicet, vt tam iniungendas, quam in
iunctas ſatisfactiones indulgētiis di-
mitti arbitrentur; ſed etiā prædicto-
rum ſententiam, quot poſſunt argu-
mētis, falſitatis nota inurere laborēt.
Cum igitur, quantū ad aliarū indul-
gentiarū vim attinet, adhuc ſub iudi-
ce lis pēdeat, & cuilibet in quamuis
partem liceat declinare; IVBILEI
verò indulgentiæ à pœnis omnibus,
& iniunctis ſcilicet, & iniungendis,
Pet. de palud. 4. ſē. di. 2. vindicent (talem enim fuiſſe Bonifa-
tij conſilium Petrus de Palude, Iohā-
D. Ant. Ar. Flo. nes à Turrecremata, D. Antoninus
Florentinus Archiēpus, & alij plures
Io. Turrecr. teſtantur) ſanè indulgentiæ illæ, quę
IVBILEI anno conceduntur, cer-
tiores, efficaciores, ac maiores ſunt.
De ceteris enim opinari licet, quòd
Tho. Ca. de Ind. Op. 2. c. 7 ab iniunctis tantū eripiant (id enim,
inquit Caietanus, ſacris Canonibus
videtur magis cōſentaneum) de iſtis
autem abſque heſitatione vlla credē-
dum eſt, quod liberent ab vtriſque.

4. VERVM quarta ratio ex ple-
narum indulgentiarū gradibus erui-
tur. Neque enim rationi diſſenta-
neum putandum eſt, in rebus nō nul
lis plures inueniri plenitudinis gra-
Luc. 6 dus. Namque certum eſt, menſuras
illas, quas in euangelio legimus, nē-
pè, bonam, cōfertam, & coagitatam
(prudenter autem ſupereffluentem,
quod cum plenis etiam maximè, re-
cenſeri non debeat; omittimus) eſſe
plenas; cum tamen prima ſit plena,
ſecunda plenior, tertia verò pleniſſi-
ma. Rurſus cū legamus Protomarty-
rem Stephanum, beatiſſimam Dei
Matrem, ac dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum gratia fuiſſe plenos,
fieri verò non poſſit, vt æquè pleni
fuerint; neceſſe eſt (quemadmodum
& ſanctus Doctor, vbi de Chriſti gra *D. Tho.*
tia diſſeruit, apertè docet) Protomar- *quæſt. 7.*
tyris gratiam plenam; ſanctiſſimæ *ar. 10.*
autem Virginis pleniorem, at verò *Act. 7.*
Chriſti fuiſſe pleniſsimam. Cum igi *Luc. 1*
tur hæc plenarum indulgentiarum *Ioa. 1.*
diſtinctio nō ſolum à præclariſsimis
Theologis, et inter ceteros à Petro de *Pet. Pal.*
Palude, à D. Antonino Archiepiſco- *D. Ant.*
po Florentino, à Iohāne Turrecrema *Ar. Flo.*
ta, ab Adriano, & nouiſsimè à Mar- *Ioannes.*
tino Nauarro, vnanimi probetur cō- *Tur. cre.*
ſenſu; ſed etiam in Extrauagante, An *Adrianus*
tiquorum apertiſsimè habeatur *Mar. Na*
„ (Hæc enim ibi leguntur: Ad Baſi *Ext. An*
„ licas ipſas accedentibus reuerētet *tiquorū.*
„ verè pœnitentibus et confeſsis, ſeu
„ qui verè pœnitebunt et confitebun
„ tur, in huiuſmodi præſenti & quo
„ libet centeſimo ſecuturo annis, nō
„ ſolum plenam, & largiorem, imo
„ pleniſsimam omnium ſuorum cō
„ cedimus indulgentiam peccatorū)
profectò nemini non probari nō po-
teſt. Quapropter cum ſupremus in-
dulgentiarum gradus ſacro IVBI-
LEO conuenire neceſſe ſit; certum
cuiquè eſſe debet ipſius ſacri IVBI-
LEI indulgentias ceteris omnibus
præſtantiores eſſe, atque maiores.

SED vt, quod dicimus, clarius, il
luſtriuſquè pateat, animaduertēdum
eſt diſtinctionem hanc quadruplici-
ter intelligi poſſe: & quouis modo
intelli-

intelligatur, idem non immanifeſtè ſuaderi videtur. Primo quidem cum Petro de Paludo, ſcilicet vt indulgentia plena illa dicatur, qua pœnæ ob letalia crimina iniunctæ dimittuntur: Plenior, qua ſatisfactiones propter mortales, venialeſquè culpas pariter iniunctæ cōdonantur: Pleniſſima verò indulgentia ſit, quæ tam ab impoſitis, quàm imponendis pœnis abſoluit. Poteſt deinde cum Iohanne Turrecremata & hoc modo interpretari; vt dicatur plena Indulgētia, quia per eam pœnæ mortalibus criminibus debitæ dimittantur: plenior, quia per eam dimittantur pœnæ, quibus letalia, & venialia vnà expiari deberent; pleniſſima autem, qua non ſolum delentur mortalia, & venialia quantū ad pœnam, ſed etiam venialia ipſa quantum ad culpā. Tertio declarari etiam poteſt eadē diſtinctio cū Doctore Nauarro Martino ab Azpilcueta, viro nō Chriſtiana pietate modò apprimè inſigni, ſed iuris Pontificij omnium præclariſſimo: cuius de Indulgentijs, & IVBILEO eximiū opus, cum huic libello ſupremā iam impoſuiſſem manum, non ſine magna voluptate legi, ac prædictæ diſtinctionis interpretationē ex ipſo huic loco cenſui adiungendam. Hic ergo hoc pacto illam interpretatur: vt plena cenſeatur indulgentia, qua tam iniunctæ, quam iniungendæ in confeſſione cōdonantur ſatisfactiones. Plenior verò, qua remittuntur pœnitentiæ, quæ letalibus culpis etiā confeſſione ob excuſabilē videlicet obliuionem, non explicatis, deberentur. Pleniſſima autē dicatur, qua & mortalium, & venialium etiam confeſſione, eadem ſcilicet ratione nō detectorum debita dimittuntur. Quarto tandem modo, vt mihi quidem videtur, explicari forte poterit, vt indulgentiæ illæ plenæ dicantur, quæ paſſim à Sūmis Pont. abſquè additione aliqua concedi ſolent: Pleniores verò, quæ non niſi magnis de cauſis, puta, cum Eccleſiæ magnum aliquod imminet periculum; aut pro gratiarum actione, cū Deus ex aliqua graui afflictione eam eripere dignatus fuerit; quęquè IVBILEI nomine conceduntur: Pleniſſimæ tandem illæ maximè vocentur, quæ vigeſimoquinto anno, ſicut antea trigeſimotertio, aut quinquageſimo, aut etiam centeſimo concedi conſueuerant, largiuntur. Quia ergo quę præſtātiora, potioraq; ſunt, ſacro debēt aſcribi IVBILO, opus eſt, vt quæ de pleniſſimis prædicantur indulgentiis, ad ipſius IVBILEI indulgētias referātur. Quo fit, vt quocunque prædictam indulgentiarum diſtinctionem fueris interpretatus, neceſſe habeas ſacri IVBILEI indulgentias ſaltem modo aliquo ceteris præſtantiores eſſe conſiteri.

Pet. de Pal. 4. ſen. d. 20

Io. Turrecre.

Marti. Naua.

5. AT ratio quinta ex conceſſionum diuerſitate elicitur. Cum enim iuxta Canoniſtarum doctrinam, duplex ſit conceſſionum genus, & quædam cēſeantur ampliandæ, quædam verò reſtringendę (ſcriptum namq; „ eſt: Odia reſtringi, & fauores cō„ uenit ampliari) & illæ ad fauorabilem, hæ verò ad odioſam materiā dicantur pertinere: indulgentiarum tamen conceſſiones, non quidem ad primum, ſed ad alterum genus ſpectare videntur. Etenim ſi Eccleſia ad ſatisfaciendum Deo pro erratis filios ſuos non inuitare modò, ſed impellere, ac trahere ſolet: indulgentiarum verò conceſſiones, vt dicitur de pœnit. &

De Reg. iu.

De Pœn. & re. Ca. Cũ ex eo. nit. & re. Ca. Cũ ex eo, pœnitētiales ſatisfactiones cenſeantur eneruare; ſanè non niſi ad odioſam materiam debent reuocari. Sed & quibuſdam cancellariæ regulis, vt in īſigni libro ſuo de IVBILEO, & indulgentiis deducit doctor Nauarrus, idem mi- *Mar. Na.* nimè ineruditè ſuaderi poteſt. Quia igitur Pontifices Max. ſacri IVBILEI tempore eaſdem largiuntur indulgentias, quas legitur Bonifacius viij. his, qui IVBILEVM celebraſſent, conceſſiſſe: Hic autem tam plenas conceſſerit, vt, quemadmodũ *Io. Mon.* ipſemet Bonifacius, Ioāne Monacho in extrauagantem, Antiquorum, auctore, aſſeuerauit, largiores concedi non poſsint; conſequens eſt; vt ſacri IVBILEI indulgentiæ, propterea quòd reſtringi nequeant, cum tamen ceteræ omnes id patiantur diſcriminis, aliis ſint præſtantiores.

6. AT verò nequaquam minus efficax ratio hæc cenſenda eſt: nempe quia nemini ambiguum eſſe debet, communem Chriſtianorũ omnium deuotionem, ac pietatem à Spirituſancto, ſicut & reliqua diuina ipſorum dona proficiſci. Ait enim ad Ro- *Ro. 8.* ,, manos Paulus: Quicumquè ſpiri ,, tu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. *D. Tho.* Quem locum interpretans D. Tho- ,, mas, Homo, inquit, ſpiritualis nō ,, tantum inſtruitur à Spirituſancto; ,, quid agere debeat; ſed etiam cor *Ioa. 14.* ,, eius à Spirituſācto mouetur. Quapropter cum ſit ſpiritus veritatis, om- *Ioa. 16.* nemquè doceat veritatem, vt in Iohannis Euangelio dicitur, nullo pacto deuotio illa à veritate eſſe poterit aliena. At quòd Chriſtiani ad IVBILEI adipiſcēdas indulgētias maiori communiorique ferantur deuotione, ex hoc potiſsimum conijci poteſt, quòd ex omni mundi parte anno ſe, & nomine ſancto cateruatim Romam confluant populi, ſicuti prę ter experimentum locupletiſsimi teſtes ſunt, Tritemius, Nauagerius, & Platina, hiſtorici ſanè noſtris tēporibus præſtantiſsimi, vbi de IVBILEO Bonifacij tempore celebrato ſcribunt. Sed nō ingratum forte fuerit, ſi lectorum otio conſulentes, corũ quoque verba hoc loco referemus.

,, Ait ergò Tritemius: Tanta popu- *Tritem.*
,, li multitudo ex omni Germania
,, Romam proficiſcebatur, vt infini
,, ta penitus, & innumerabilis vide-
,, retur. Nauagerius vero, Tanta, in- *Nauag.*
,, quit, vndiquè multitudo Romam
,, venit; vt vix incedere per Vrbem
,, liceret. Idem nullo penè immutato verbo habet & Platina. Ait enim: *Platina.*
,, Ob hanc rem, nimirum vt ſacrum
,, adipiſcerentur IVBILEVM, eo
,, anno tanta vndiquè hominũ mul
,, titudo Romam venit, vt incedere
,, per Vrbem amplam quidem, &
,, vaſtam vix liceret. Si igitur communis Chriſtianorum omnium deuotio, ac pietas in errorem labi non poteſt; & IVBILEI indulgentias, propterea quòd certiores efficacioreſquè ceteris omnibus eſſe opinentur; deuotius aſſequi ſtudent; quo nā modo fieri poteſt, vt non etiam ſint alijs omnibus maiores?

7. POTEST ſeptimo loco idem hac ratione confirmari: Quoniam ſi Eccleſia, vt ſequenti libro locupletius dicturi ſumus, ſacri numinis illuſtratione permota, hac maximè de cauſa religioſas adinuenit cæremonias, vt externis ſignis ſpiritalia patefaceret myſteria; cur putas factũ eſſe, vt porta illa, quę, iure optimo ſancta nuncupatur, ſacri duntaxat IVBI-

L E I anno reſeretur; niſi vt intelligāt omnes eo tempore, quod & ſuperius tetigimus, indulgentiarū theſaurum, pro delendis criminibus, largius magnificentiuſquè Chriſti fidelibus erogari: eiſquè propterea triumphantis eccleſiæ ianuam nouo quodam modo, aperiri? Hoc enim, præter alia, nequaquam latenter demonſtrant, et qui tunc decantantur pſalmi, verſiculi, atquè antiphonæ, & precatio illa, qua Sūmus Pont. magna religione cunctis audientibus Deo porrigit. Ea igitur Deū orat, vt quemadmodum Iſraelitico populo (libenter enim illius vtimur verbis) IVBILEI ac remiſsionis annum, per Moſen famulum ſuum inſtituit, et mox pariter I V B I L E I anno, eius auctoritate inſtituto, chriſtianorum populo, ad preces ſuæ maieſtati porrigendas ingredienti, portam illam ſolemniter voluit aperiri; ita concedat, vt venia, & indulgentia plenę remiſſionis omniū delictorum obtenta, ad cœleſtem gloriam perfruendam ſuæ miſericordiæ munere deducātur. Sed vt pio, iuſtoquè lectorū deſiderio occurreremus, ipſam hunc in locum afferri debere
„ iudicauimus. Ea igitur eſt: Deus,
„ qui per Moyſen famulum tuū, po-
„ pulo Iſraelitico annū I V B I L E I,
„ & remiſſionis inſtituiſti; concede
„ propitius nobis famulis tuis I V-
„ B I L E I annum hunc tua auctori-
„ tate inſtitutum, quo portam hanc
„ populo tuo ad preces tuæ maieſta-
„ ti porrigendas ingrediente ſolen-
„ niter aperiri voluiſti, feliciter in-
„ choare, vt in eo venia, atque indul-
„ gentia plenæ remiſſionis omnium
„ delictorum obtenta, cum dies no-
„ ſtræ aduocationis aduenerit, ad cœ-
„ leſtem gloriam perfruendam tuæ
„ miſericordię munere perducamur:
„ Per Chriſtum dominum noſtrum.
„ Amen. Porrò quòd ceteris quoquè precibus, quę tunc & à Pontifice Maximo, & à Clero habentur, idem ſignificetur, ijs, qui illas expenderint, omittimus iudicandum. Sed poſthabitis rationibus, nunc diuinarū ſcripturarum, ſacrorumquè canonum teſtimoniis agamus.

8. Q V O D igitur diuinis quoque oraculis idem ſtabiliri poſſit, fiet vtiquè planum, ſi ea, quæ ſupra dicta ſunt, vbi Chriſtianæ religionis I V B I L E V M prophetarū vaticiniis prædictum fuiſſe oſtendimus, diligenter perſpecta fuerint. Etenim ſi indulgentiæ illę, quæ aliis ab anno IVBILEI temporibus à Summis Pont. conceduntur, etiam quæ I V B I L E I appellatione circumferuntur; eiuſdem omninò eſſent virtutis, eandem haberent efficacitatem, eoſdem progignerent fructus cum his, quæ noſtra tempeſtate vigeſimoquinto anno, à Summis Pont. pariter condonantur iis, qui Romam pergunt, ibiquè, vt I V-B I L E I efficiantur participes, cūcta, quæ in bullis fieri mandantur, haud ſegniter facere contendunt; quomodo adimpleretur Iſaię prophetia, qua certum ſtatuitur I V B I L E O tempus, et annus placabilis Domini nuncupatur? *Eſa. 61.* Rurſus quomodo appoſitè cohæreret figura figurato, cum antiquo Iudæorum I V B I L E O inceptionis, proſecutionis, cōſummationiſquè præſtitueretur tempus? *Leuit. 25*

9. P O R R O ſacrorum canonū auctoritatibus idem ſuaderi poſſe ex his coniici videtur. Primo quidem, quoniam ſi quis Extrauagantem illam Bonifatij v i i j. quæ incipit, Antiquorum, perlegerit; præſumpſerit

autem

autem eaſdem ſacras ædes adeuntibus ſolitas donari indulgentias, ipſum facilè percipiet. Agnôſcet enim Summum Pontificem determinare (id quod omnibus diplomate illo ſignificatum iri voluit) eos, qui Apoſtolorum eccleſias ſacri IVBILEI tempore frequentius, ac deuotius viſitauerint, maiores, huberioreſquè indulgẽtias cõſequuturos. Sed vt, quod dicimus, euidẽtius pateat, ipſius quoque verba hoc loco ſubijciamus. Ait
Ext. Antiquorum. ,, enim: Vnuſquiſquè tamen plus
,, merebitur, & indulgentiam efficacius
,, conſequetur, qui baſilicas ipſas
,, amplius, & deuotius frequentabit.
Si ergo indulgentias conſequi efficacius, nihil aliud eſt, quàm maiorem obtinere pœnarum remiſſionem (omittimus enim alias eiuſdem loci interpretationes) nõ ne, vt in eandem ſententiam veniatur, neceſſarium iudicabis?

10. DEINDE, vt diſputationem hanc clariori, euidentioriquè claudamus pariter ſacrorum canonum teſtimonio (erit enim præcedentis auctoritatis non inutilis, nec immanifeſta confirmatio) cum Summi Põtifices, *Ext. Quẽadmodũ.* ſicut in Extrauagante Sixti iiij. cujus principium eſt, Quemadmodum, habetur apertiſſimè, IVBILEI tempore plenarias indulgentias cunctas, etiam præclariſſimo IVBILEI nomine inſignitas, ſuſpendere conſueuerint, & eiuſdem ſuſpenſionis hanc afferant cauſam, nimirum; ne Chriſtiani quarumlibet occaſione indulgentiarũ, quominus ad IVBILEVM pergant, detineantur, atque icciręo tanti muneris, remiſſionis, & gratiæ participes fieri non poſsint; maniſeſtiſsimum euadit, indulgentias, quarum cauſa ceterę ſuſpenduntur, reliquas antecellere. Sed ſi hoc quoque in loco eiuſdem diplomatis aſcribamus verba, fiet cuiquè clariſsimum, quàm validum, quàmquam efficax ſit præſens argumẽtum. Sunt autem
,, hæc: Nos qui vniuerſorum creden *Ext. Quẽadmodũ.*
,, tium profectibus, & ſaluti proſpi-
,, cere ex debito miniſterij paſtora-
,, lis aſtringimur (ne propter aliarũ
,, indulgẽtiarum hactenus à nobis,
,, ſeu eodem Paulo, vel aliis prędeceſſoribus
,, noſtris conceſſarum huiuſmodi
,, effuſionem: hoc ſanctum
,, opus, ac remiſsionis & gratiæ annus
,, IVBILEVS intermittatur:
,, aut fideles ipſi à tanto munere red-
,, dantur expertes) remediis opor-
,, tunis prouidere volentes, omnes
,, & ſingulas plenarias, etiam ad in-
,, ſtar IVBILEI (et paulò inferius
,, ſequitur) quouis modo, aut qua-
,, uis cauſa quomodolibet conceſſas
,, & conceſſa, & in poſterum forſitã
,, concedendas uel coucedenda au-
,, ctoritate apoſtolica tenore præſen-
,, tium de apoſtolicæ poteſtatis ple-
,, nitudine, vſquè ad noſtrũ & eiuſ-
,, dem ſedis beneplacitum ſuſpen-
,, dimus, illaſquè durante benepla-
,, cito noſtro & ſedis prædictæ ſuſpẽ-
,, ſas eſſe volumus: nec interim ali-
,, cui ſuffragari, indulgentiis tamen
,, baſilicarum, & eccleſiarum dictæ
,, Vrbis in ſuo plenario robore du-
,, rantibus. Hactenus ibi.

VERVM quoniam IVBILEI inſtituendi, transferendi, prorogandiquè auctoritas in Sum. Pont. reſidens in eiuſquè ſitum eſt poteſtate, vt nunc maiores, nunc minores largiatur indulgentias; nemini nõ clarum, certumquè eſſe debet, ipſum aliis quoque temporibus eaſdem, quas uigeſimoquinto anno concedit, impartiri poſſe.

poſſe. Sed niſi id in eorundē ſummorum Pont. diplomatibus verbis apertiſſimis explicetur, vti ex his, quę nūc diximus, patet; eas concedere haud quaquàm putandi ſunt. Relinquitur ergo, vt improbari non debeat id, quod tot rationibus ſuadetur.

Quòd Iubilei indulgentiæ quatuor modis ceteris omnibus præferantur. Cap. 6.

CVM autem ea, quæ ad Chriſtianam fidem attinent, rationibus demonſtrari nō poſſint (eſt enim fides ipſa teſte. D.
Heb. 11. „ Paulo ſperandarum ſubſtantia re„ rum, argumentum non apparen„ tium) ſed neceſſario credenda ſint,
2. Cor. 10 ac iuxta eiuſdem Apoſtoli documentum, intellectus omnis in obſequiū Chriſti ſit in captiuitatem redigēdus; ſanè opus eſt, vt fidelis quiſquè argumentis omnibus naturali lumine excogitandis reiectis, id ſibi ſat eſſe exiſtimet, vt nouerit Deum optimum maximum, quoniam ſumma veritas eſt, neque errare, neque quēquam in errorem inducere poſſe: atquè iccircò impoſsibile eſſe quidpiam à veritate alienum (quemadmodum ſumma eruditione docet Sanctus Thomas) in fide contineri. Verum ſi alia inſpexeris, cū poſsint rationibus ſuaderi, non ſolent ſolertia ſubtiliaquè ingenia eis facilè aſſentiri: ſed cum Philoſophis dicunt: Erubeſcimus ſine ratione loqui. Et cum Poeta:

D. Tho. 22. q. 1. ar. 3.

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Verg.

Id autem & priſcis ſapientibus, cum naturalium rerum affectiones, proprietateſquè cernerent; vſu veniſſe videmus. Non enī ſat ſibi eſſe putarūt, pingui minerua (vt veteri prouerbio dicitur) eas cognoſcere, ſed earū cæpere indagare rationes. Nam, vt
„ inquit Ariſtoteles: Propter admi- Ariſt.
„ rari cæperunt philoſophari. Eandem ob rem, ſi quando accidit, vt cu iuſpiam propoſitionis veritatem quidem percipiant, verūtamen eiuſdem veritatis modum neſciant; ſanè quouſquè ipſum excogitauerint; nūquā deſiſtere ſolent. Id quod Geometris accidere videmus; qui cum circuli quadraturam manifeſtiſsimis demōſtrent rationibus, ſed modum, quo id fieri queat, prorſus ignorent, quo ad ipſius notitiam peruenient, nullū ſubterfugiunt laborem. Et hac quidem de cauſa apud antiquos, vt refert Philoſophus, quo circulū in quadrum redigeret, plurimum conatus eſt Brixon; inter neotericos autē Nicolaus Cuſanus.

Ariſt. Brixon. Nico. Cuſ.

SED, vt iam ad rem noſtram redeamus; cum theológia, vt pluribus in locis aſſerit Sanctus Thomas, ſit argumentatiua ſcientia, & fidei concluſiones (quod de ipſius principiis dici non poſſe paulò ſuperius aſſeueraui-mus) rationibus tradi poſsint; præcedenti autem capite ſacri IVBILEI indulgentias ceteris omnibus præſtantiores eſſe tam validis oſtenderimus argumentis, vt ea de re nullus videatur dubitandi locus derelinqui: quibus verò modis digniores ſint, nō plenè elucidaſſe forte exiſtimari poſſimus; vt piis eruditiſquè lectoribus morem geramus, atquè ne opus hoc

D. Tho. 1 q. 1. ar. 8. Boe. Tri. q. 5. ar. 7.

præ-

præſertim hoc in loco mancum dimi nutumuè ſit, caueamus; idipſum in præſentia (quamquàm ex his, quæ antea in medium attulimus, magna ex parte haud obſcurè elici poteſt) explicandum occurrit. Quamobrẽ, vt multa paucioribus perſtringamus; quatuor aſſertionibus id præſtare ſtudebimus.

1 PRIMA igitur eſt, quòd ſacri IVBILEI indulgentiæ, quantum ad naturæ rationem, hoc eſt, ad pœnarum remiſſionem attinet, cunctis aliis, etiam quantumuis magnis, præferuntur. Etenim cum de indulgentiis ceteris (cogimur autem eadem & hoc loco, alia quidem de cauſa, iterare, quæ paulo ante copioſius exuberantiuſquè diſſeruimus) in dubium verti poſſit, num à quibuſuis pœnis tam iniunctis ſcilicet quàm iniungẽdis abſoluant, & ex Theologis, iiſquè maximis nõ antiquioribus tantum, ſed etiam huic ſeculo propinquioribus, non deſint qui dicant, magniſq; rationibus ſuadere conentur, illas ab iniunctis tãtum pœnis tueri, id autẽ de his dici non poſſe ſuaſionibus nequaquàm ineptus comprobatum ſit; conſequens eſt, vt quantum ad naturam ſpectat, hę præferendę ſint ceteris. Rurſus cum plenarum indulgentiarum quædam quidem ſint plenæ, quædam verò pleniores, aliquæ autem pleniſſimæ: ac nemini dubitare liceat quin ſupremus earundem gradus ſacri IVBILEI indulgentiis tribui debeat; profectò quantum ad remiſsionem pertinet, indulgentiæ illæ ceteras antecellunt. Sed & intrinſecus conſcientiæ eorum, qui piè ac ſanctè IVBILEVM celebrauerint, teſtimonium, cũ longè magiſquàm vnquam antea, quibuſuis donati fuerint indulgentiis, ſe ſe exoneratos ſentiant; huic aſſertioni non parum ſuffragari videtur.

2. AT verò altera aſſertio eſt, quòd ipſius IVBILEI indulgẽtiæ ex parte virtutis aliis omnibus præponuntur. Nam quamuis indulgentiarum omnium, præſertim autem plenarũ effectus (iis enim effectibus, ſcilicet rerum virtutes, vt philoſophi tradũt, haud obſcurè dignoſcuntur) inſignes ſint; verumtamen ſacri IVBILEI fructus, tam illos videlicet, qui, vt quarto explicabimus libro, à Propheta pſalmo ſexageſimo quarto enarrantur, quàm eos, quos eodem in loco Spiritus ſancti gratia illuminante, cogitabimus; alios quoslibet antecedere patebit.

3. PORRO quòd tertio loco aſſerere debemus, eſt, IVBILEI indulgentias certitudinis ratione aliis omnibus debere præferri. Cũ enim anno te & nomine ſancto indulgentiarum cauſæ maiores ſint, atque rationabiliores: Christiani quoque ad indulgentias ſumẽdas ſoliò paratiores inueniãtur magiſq; diſpoſiti (hęc autem ex iis, quæ extrinſecus patent, quæquè latius iam expendimus, vera eſſe comprobantur) nemini non clarum eſſe debet, quin maiori euidentioriquè certitudine acquirantur; præſertim quòd ſacro IVBILEI tempore, qui eidem ritè intereſſe ſtudent, ſatisfactoriis operibus ſolitò diligentius cooperentur indulgẽtiis. Id quod neceſſarium eſſe multis validiſquè rationibus ſuadere nititur Thomas Caietanus, cui conſentit in ſua Concordia eccleſiaſtica Frater Paulinus Bernardinus Lucenſis theologus noſtro ſeculo omnium præclariſsimus, & tam in Dialecticis, quàm in Philoſophicis *Caiet.* *Pa. Luc.*

ſophicis, & Metaphyſicis diſciplinis Præceptor meus obſeruandiſſimus, eos equidem ita veritaté aſſequutos arbitror, vt qui aliter ſcripſerint, aut etiam ſenſerint, vel toto errare cœlo minimè dubitem.

4. QVARTA demum aſſertio eſt, quòd IVBILEI indulgentiæ reſpectu quarumdam ſingulariũ prærogatiuarum ceteras quaslibet excedant. Quales vtiquè ſunt. Quòd, vti primo demõſtratum eſt libro, in ſacris literis peculiariter præfiguratæ fuerint, atque à Prophetis pluribus enarratæ. Quòd tot ſacrarum cæremoniarum, loci, temporis, perſonarumquè circunſtantiis, totquè numerorum myſteriis fuerint inſtitutę, nec non quòd maxima ex parte priuilegiis illis, quibus annum ſanctum ſequenti libro demonſtrabimus inſigniri, admirabiliter decorentur.

AT quoniam reuerentia illa, quę piis, probatiſq; auctoribus iure debetur, non ſinit, vt ij, qui mox aliqua in lucem edunt; aduerſus eorum placita, citra excuſationẽ vllam, aut venię deprecationẽ, ſuã proferant ſẽtẽtiã; præſertim ſi ipſi tales fuerint, vt non ſecus atque culices ab elephantis, iuxta prouerbium, ab illis diſtare exiſtimentur; ne hac techna capiamur; cum Theologorũ, & Canoniſtarum non nulli, iiquè probatiſſimi, aliud quàm nos hactenus aſtruere conati ſumus, ſentire uideantur; meum eſſe puto, vt vice coronidis hoc in loco lectorem commoneam, Doctores illos, cum dicunt IVBILEI indulgentias à ceteris plenariis nullo ſecerni diſcrimine; aut de illis tantum loqui, quas manifeſtum ſit ab iniunctis atque iniungẽdis pœnis liberare: aut; ſi generatim de plenariis omnibus

Tho. Ca. Do. Soto.

agant; non iuxta propriam ea dixiſſe ſententiam. Conſueuerunt enim doctiſſimi viri, etiam illi, qui iure aliorum habentur magiſtri (quemadmodum in Ariſtotelis & D. Thomę operibus interdum inuenitur) ſi quando de re aliqua in alio propoſito verba facere contigerit; ea nonnumquàm in medium afferre, quorum contrarium proprio aptoquè in loco tradãt. Quapropter cũ id his quoque auctoribus vſu ueniſſe crediderim (quòd ſi mox de IVBILEO pro eius dignitate ſcripſiſſent, rei fortaſsis probaſſet euentus) opinionem noſtram aſſerere, & quibus potuimus pro temporis anguſtia rationibus comprobare atque munire, minimè dubitauimus. Nunc igitur ad eá, quæ de ſacri IVBILEI tempore ac loco dicenda ſunt, accedamus.

D. Tho. Ariſt.

Quòd Iubileus certo determinatoquè tempore celebrandus eſt Cap. 7.

QVEMADMODVM rerum omnium creator in mundo hoc ob maiorem ipſius mundi pulchritudinem, vt Ariſtoteles teſtis eſt, lapidum, plantarum, animalium, ceterarumquè naturalium rerum varietatem poſuit: ita etiam, quò pulchriora opera ſua redderentur, & homini, tam ſpiritaliter, quàm corporaliter, plus afferretur vtilitatis; voluit artificialem quoque temporis diſtinctionem, in dies videlicet, hebdo

Ariſt.

madas, menſes, & annos, præter naturales eiuſdem differentias, in eo reperiri. Et re vera, niſi dies vna diſtingueretur ab alia; nequè olim ſynagoga ſabbathum ſanctificare potuiſſet; *Exo. 16. 21.* neque modo dominicam diem poſſet eccleſia venerari. Rurſus, niſi hebdomadarum inueniretur diſtinctio; *Exo. 23.* non quieuiſſent integra hebdomada in tabernaculis veteres iudæi; neque *Leuit. 23* Chriſtiani hebdomada ſancta religioſiores viderentur. Item, ſi menſis *Exo. 23.* vnus nullo diſcrimine ſecerneretur ab alio, nullo etiam modo iudæi in veteri teſtamento ſacrũ Paſcha mẽſe primo celebraſſent; neque Chriſtiani ſacram redemptoris noſtri conſtituto menſe colerent reſurrectionem. *Leuit. 25* Tandem, ſi nulla inueniretur annorum differentia; quomodo olim hebræorum turba propter IVBILEVM quinquageſimum annũ expectaſſet; & Chriſtianus populus quomodo pariter IVBILEI gratia inpræſentia certum præſtolaretur annum?

SED pro pleniori euidentiorique huius ſacri temporis intelligentia, ſciendum eſt, vti ex hiſtoriis colligitur, & in per pulchra illa ſua paſtorali epiſtola, qua ſubditos ſuos ad ſacrum adhortatur IVBILEVM, teſtatur *Car. Bor.* Cardinalis Borromeus, quatuor tempora, nimirum cẽteſimum, quinquageſimũ, trigeſimumtertium, & vigeſimumquintum annum IVBILEI celebrationi fuiſſe à Summis *Bon. viij.* Ponr. aſsignata. Statuit enim Bonifacius viij. vt centeno quoque anno celebraretur. *Clem. vi.* Clemẽs vero vj. ad quinquageſimum reuocauit. *Vrbã. vi.* Sed Vrbanus pariter vj. ad trigeſimum tertium. *Paul. ij.* Paulus autẽ ij. illum tranſtulit in vigeſimum quintum.

SED quia non parum conducit ad intelligendum, quàm congruè IVBILEI celebrationi hæc tempora aſcripta fuerint, numerorum diligens perſcrutatio; non inutile fuerit animaduertiſſe interea, quæ ad philoſophicã, atque theologicam contemplationem attinent, cum Deus omnia in menſura, & numero, & pondere, vt à Sapiente dicitur, diſpoſuerit; *Sap. ij.* numerorum ſpeculationem non mediocrem obtinere locum. Et huius quidem ſignum eſſe poteſt, quòd Deus numerandi rationem ſoli contulerit intellectuali naturæ. Hæc enĩ myſteria in ipſis numeris comprehẽſa, & incluſa inueſtigare, ac ſpeculari valet, atque ex eorum contemplatione in laudem cõditoris aſſurgere. Sed & philoſophorum quidam, maximè verò Pythagoras, *Pyth.* omnia ex numeris conſtare docuerunt; à quorum doctrina, propterea quod, D. Auguſtino teſte, *D. Aug.* potuerit Deum mũdum numeris condidiſſe, non longe abfuit Plato: *Plato.* nec forte multum, vt quidam ſentiunt, diſſidet Ariſtoteles. *Ariſt.* Antiquiores quoque theologi quàm plurima ſacrarum literarum, numerorũ virtute, prodidere ſacramenta. Quos quidem numeros D. Auguſtinus ſacratiſsimos nominat, *D. Aug.* eorũquè ſcientiam cuiuis eaſdem ſcripturas intelligere cupienti, cenſet penitus neceſſariam. Sed horum tẽporum congruentiam pro loci huius, quo ipſius IVBILEI naturam indagamus, neceſsitate, operoſius expendamus.

1. QVOD igitur pro centeſimo quoque anno conuenienter, imò peculiari diuini numinis impulſu inſtitutus fuerit IVBILEVS, iis rationibus, aut etiam conſimilibus haud difficilè comprobabitur. Primo quidem, quoniam, quemadmodum & Boni-

Bonifacius ipſe, vt in Extrauagãtem, Antiquorum: ait Iohãnes Monachus, *Io. Mo.*
Io. Villa. 8.c. 36. conſentit Iohannes Villanus non cõtemnendæ auctoritatis hiſtoricus, & nos ſuperius dicebamus, talẽ vſum in Eccleſia fuiſſe aſſeuerabat, videlicet, vt centenis quibuſquè annis (poſſunt enim homines natura ipſa duce, vt philoſophi, haud reclamantibus medicis, ſcribunt, ad id temporis peruenire) ſimiles concederentur indulgẽtiæ. Neque mirum cuiquam videri debet, conſuetudinem illam in obliuionem abiiſſe, cum, vt inquit Ioannes Turrecremata, ob multas in Vrbe exortas tribulationes quibus diu uexata eſt eccleſia, longo tẽpore ceſſauerit. *Io. Turrecrem. Pœ. d. t. Itẽ leuit.* Secundo, quia cum, ea quæ rariora ſunt, præclara quoque eſſe videantur (dicitur enim communi loquendi vſu, Omnia pręclara, rara) quo ipſius IVBILEI manifeſtius pateſceret dignitas; noluit, vt niſi quolibet cẽteſimo coleretur anno. Tertio, quoniam hoc numero ipſius IVBILEI finis, nimirum uera perfectaquè animarum, quam in cœlis poſſident, beatitudo deſignatur. Nã, cum illi, qui ex hac vita abſq; vllo expiando crimine migrant, in cœlum euolare credantur: vita autẽ hęc, quoniam pœnalis eſt, ſiniſtræ nomine ſignificetur; æterna verò, propterea quòd, qui ea perfruuntur, teſtę Propheta, repleantur ab hubertate domus Dei, & torrente voluptatis eius *Pſal. 83.* potẽtur, atque iccirco delitiis omnibus cumulatiſſima ſit, dextera nuncupatur: ſanè qui ex hoc mũdo in cœlum tendunt, à ſiniſtra in dexteram tranſire perhibentur; quemadmodũ contrà illi, qui luendis pœnis obnoxij decedunt, tametſi culpę omnes eis dimiſſæ fuerint, cum ab eo loco, qui pœnalis eſt, in eum, in quo maximis quoque afficiuntur ſuppliciis, deſtinentur, à ſiniſtra in ſiniſtram proficiſci dicuntur. Quia igitur centenario numero (vt locupletiſſimi teſtes sũt Hieronymus & Beda) tranſitus quidam à ſiniſtra in dexteram, ſcilicet ex hac lachrymarum valle in cœleſtem Ieruſalem ſignificatur; conſequens eſt, vt centeſimus annus pro IVBILEI ſolemnitate iure optimo fuerit electus. *D. Hier. Beda.*

2. NEQVE rurſus vllo pacto putandum eſt, abſquè ſpeciali Spiritus ſancti illuſtratione ſanctum IVBILEI tempus à cẽteſimo ad quinquageſimum annũ fuiſſe translatum. Id enim primò ea factũ eſſe ratione exiſtimarem, vt ſcilicet (quemadmodũ ipſemet Summus Pont. in ſuo diplomate conteſtatur) figuræ ſimilius ſoret figuratum; atque iccirco, quia in ueteri lege, ſicut in ſacro habetur Leuitico, præceptum erat, vt anno quinquageſimo celebraretur IVBILEVS, ſic conſentaneum fuit, vt à centeſimo ad quinquageſimum reduceretur in noua. *Cle. vj.* *Leuit. 25* Secundo, quia id humana poſcebat infirmitas. Nam, præter id quòd rariſsimi ſunt, qui ad centeſimum vſque perueniãt, ſicut videmus prudentes medicos, vbi ægrotos magis magiſquè laborare cognouerint; frequentiora adhibere medicamina; ſic etiam Sũmus Pontifex, veluti maximus animarum medicus, cum videret chriſtianorum quamplurimos, grauioribus pluribuſquè detineri peccatorum morbis; quò citius ac facilius reſtituerentur valetudini, atque ad ſatisfaciendum eos ſæpius inuitaret; ab anno illo ad iſtum reducendum eſſe IVBILEVM, æquiſſimè iudicauit. Tertio, vt præcipuus eiuſ-

dem IVBILEI effectus, prędictorum videlicet inſinuaretur remiſſio. Nam licet quinquagenarius numerus præſtantiſsimus habeatur, ideoquè com plura Chriſtianę religionis myſteria, ſicuti cuilibet in diuiuis eloquiis vel mediocriter inſtructo compertū eſſe poteſt, illo manifeſtantur; attamen inter alia, vt dicebamus, criminum condonatio eo maximè deſignatur. Hinc arcæ latitudo quinquaginta cu bitorum fuiſſe in ſacro Geneſi ſcribitur, quia ob peccatorum præſertim remiſſionē Eccleſiæ latitudo toto ter tarū orbe diffuſa eſt. Hinc Sodomis ſcelera illa magna ob quinquaginta iuſtos, ſi ibi inueniri cōtigerit, dimittuntur. Hinc ex ingenti pſalmorum numero (quod apertis patrum teſtimoniis ſuadetur) peccatorum remiſſio ſpeciatim aſcribitur quinquageſimo. Hinc Spiritus ſanctus, de quo in „ Eccleſia legitur: Quia ipſe eſt re„ miſſio omnium peccatorū. quinquageſimo à glorioſa Chriſti redēptoris noſtri reſurrectione die apoſtolis deſtinatur. Hinc quinquaginta olei bathi ad culparum remiſſionem (quod oleo miſericordia deſignetur) pertinere cenſentur. Hinc tandem iuxta communem Doctorum expoſi tionem, ex præcepto illo dominico colligitur, quo totius Eccleſię præſidi Petro mandatum eſt, vt non vſquè ſeptuagies ſepties, hoc eſt, auctore Auguſtino, toties quoties id facere præſumpſerit, in ſe peccāti prorſus ignoſceret.

Gen. 6. *Gen. 18.* *Pſal. 50.* *Act. 2.* *Luc. 16.* *Matt. 18* *D. Aug.*

3. DEINDE nullus niſi impius & neochriſtianus inficiabitur, quin diuino quoque factum ſit conſilio, vt ad trigeſimumtertium annum IVBILEI ſolemnitas translata fuerit. Id enim primo hac ratione factum eſ ſe arbitror, vt hoc numero, qui etiā, vt in ſequenti libro dicetur, habetur digniſſimus, IVBILEI dignitas agnoſceretur. Secundo, vt plura, quæ ternario numero latent, inſinuarētur IVBILEI myſteria. Cuiuſmodi quidem ſunt, Quòd tria requirantur, vt quis IVBILEI fructus conſequatur, ſcilicet; in diſpenſatore auctoritas, pietas in cauſa; & conueniens in recipiente preparatio. Quòd cauſa ex parte eorum, qui IVBILEVM adipiſci cupiunt, conſtare ſoleat tribus præcipuè ſatisfactoriis operibus, nimirum: ieiunio, oratione, & eleemoſyna. Quòd tunc vnuſquiſquè ritè paratus cenſendus ſit, cum cordis contritionē habuerit; cum peccata cūcta piè confeſſus fuerit; cumquè ea omnia, quæ in ipſius IVBILEI diplomate iubentur, effecerit. Tertio, vt frequentius, ſicuti ſupra dicebatur, Chriſtianorum neceſſitatibus ſubueniretur. Cum enim neceſſarium ſit Sūmos Pontifices prę ceteris eſſe miſericordes (illis enim „ præſertim dictum eſt: Eſtote miſe„ ricordes, ſicut & pater veſter mi„ ſericors eſt. Et: Euntes diſcite: „ Quid eſt, miſericordiam volo, & „ non ſacrificium. Sunt quoque regum omnium, cunctorumquè ſacerdotum lōge maximi) operęprętium vtique eſſe videbatur, vt pro peccatorum auferenda miſeria, crebriora afferrent remedia.

Luc. 6. *Matt. 9.*

4. DEMVM, neque in vigeſimumquintum annum niſi eodē aſſtante ſpiritu cenſendus eſt à trigeſimotertio fuiſſe reductus. Primo igitur id ea ratione factum eſſe crediderim, vt ſacer indulgentiarum theſaurus inconſumptibilibus cōgeſtus eſſe diuitijs ſignificaretur. Nam licet

quò

quòd plura à rebus aliquibus detracta fuerint, eo magis minui videantur; quod in pecuniarum erogatione liquide experimur; nihilominus res nonnullæ inueniuntur, quæ commu nicatione, aut quidem augentur, & huius generis ſunt ſcientiæ, & artes; id quod ille ſolus, qui eas non docue rit, ignorare poteſt: aut nullo modo decreſcunt, vti lucernæ euenit, quæ quamuis aliis lumē ſuum impartiatur, lucis tamen quidpiam non omit tit. Et quidem tale eſſe ſacroſanctūm euchariſtiæ ſacramentum minimè dubitamus. Nam, vt inquit Sanctus Thomas:

D.Tho. Op. 57.

Sumit vnus, ſumunt mille,
Quantum iſti, tantum ille,
Nec ſumptus conſumitur.

Quoniam igitur indulgẽtiarum theſaurus Chriſti meritis cūmulatiſſimus eſt, ac propterea, vt ſupra diximus, & infra explicabimus operoſius, iure optimo cenſetur infinitus; conſequens eſt, vt, quamuis vnicuique, prout cuique opus fuerit, ex eo tribuatur; non tamen ob id aut deſinit, aut conſumitur vnquàm. Vt igitur Chriſtiani in huius theſauri immenſatum diuitiarum agnitionē inducerentur, à trigeſimotertio anno ad vigeſimumquintum reuocatus eſt IVBILEVS; quemadmodū hac quoque de cauſa à cēteſimo ad quinquageſimum, & ab hoc ad trigeſimū tertium antea translatus fuerat. Alia verò ratio eſſe videtur, quòd cum mū dus hic noſter, teſte D. Gregorio, con ſeneſcat, atque indies in iātum videa tur grauioribus corripi morbis; vt le gatur, quòd appropinquante magni iudicij die vix poterit fides inueniri ,, (Ait enim Dominus: Filius ho- ,, minis veniens, putas, inueniet fi- ,, dem in terra?) dubio procul frequentiora quòque, quòd non ſemel paulò ſuperius dicebatur, expoſcit re media. Id quod cum Summi Pontifices animaduerterent, à cēteſimo ad quinquageſimum, & rurſus ab hoc ad trigeſimumtertium, ac tandem maiore impulſi Chriſtianorum neceſſitate à trigeſimotertio anno ad vigeſimumquintum non abſque ingenii fidelium omnium lætitia atque vtilitate tranſtulerunt. Poſtremò hāc quoque ob rem idipſum factum eſſe exiſtimarem; nimirum vt eodem numero, quinario ſcilicet in ſe ipſum ducto ſignificetur, quales, qui IVBILEVM ea, qua debent pietate, celebrant, efficiantur. Hi enim in quin que prudentum Virginū numerum referuntur, quo, vt D. Auguſtino pla cet, qui in obſequium Chriſti quinque cohibent ſenſus, deſignantur. Hi verba illa quinque, quæ Paulus in Eccleſia loqui volebat, audire ſatagunt; vt ſcilicet (Hoc enī modo ea D. Tho mas interpretatur) quæ credenda, quæ facienda, quæ omittenda, quæ ſperanda, quæquè timenda ſint, noſcant. Hi quinque talentis, quæ (iuxta Naclantis, viri vndequaque doctiſſimi elucidationem) ſunt bona fortunæ (ſic enim non ratò vocantur) bona corporis, naturalia animæ bona, bona eiuſdem, ſed exercitatione comparata, & bona gratiæ; pro Chriſtiana pietate vtuntur. Hi quinque præcipua Chriſti myſteria, nimitum, naſci, viuere, mori, reſurgere, & in cœlum aſcendere, ſpiritaliter æmulantur: ideoq; naſcuntur denuo; ambulant, vt Chriſtus ambulauit; moriuntur peccato; reſurgunt in vitæ nouitatem; & quæ ſurſum ſunt, vbi Chriſtus eſt, quærunt. Hi demum Chriſti vul-

D. Greg. — Luc. 18. — D. Aug. — 2.Cor.14 — D.Tho.in eundē lo. lect.4. — Iac. Naclantis in Pſal. 90. — Matt. 25 — Ioa. 3. — 1.Io.2. — Ro. 6. — Ro. 4. — Coloſ. 3.

ſti vulnera, vt eis inſtruantur, non deſinunt contemplari. Manuũ enim plagis, ad duo charitatis operũ genera, quibus & Deum colant, & proximo indigenti ſubueniant, prouocantur. At verò duobus ſanctiſſimorum pedum vulneribus cõmonentur chriſtiani, vt (quoniam malorum om-
1.Tim.6. nium, teſte Paulo, radix eſt cupiditas) affectiones quaslibet, quę ad cõcupiſcibilem atque iraſcibilem veluti ad eorum capita reuocantur; ſiſtãt atque comprimant. Porrò vulnere, quo ſacrũ eius confoſſum eſt pectus, Chriſtiani hominis in eius amorem voluntas inardeſcit. Sed, cum ſatis de IVBILEI tempore hactenus diſputauerimus, nunc de ipſius loco diſſeramus oportet.

Quòd ſacer Iubileus Romæ debeat celebrari. Cap. 8.

Patritius li.8.c.16

TRADVNT autem hiſtoriæ, gentes loca quædam inuiolabilia ac conſecrationis lege tuta, quæ Aſyla vocabantur, antiquitus habuiſſe; ad quæ, quicunque confugiſſent, tametſi aut ære alieno oppreſſi eſſent, aut etiam ſcelus aliquod quantumuis enorme perpetraſſent; abſquè sũmo piaculo inde auelli nõ poterant. Tale autem fuit templum, quod Athenis ſibi ædificarunt Herculis nepotes, veriti, ne quis eorum, qui ab illo vexati fuerant, eos lædere curaret. Talis fuit etiam locus ille, quem amplificandæ Vrbis gratia inter Palatium & Capitolium condidit Romulus. Epheſi quoque Dianę tẽplum, veluti ſacrum Aſylum omnibus inuiolabile erat. Et huius quidem rei indicium eſſe poteſt, quòd cũ Alexander Macedo à ſeruo quodam grauiſſima affectus eſſet iniuria, & illum in Aſylum audiſſet confugiſſe, cuperet autem grauiſſimam in eum mulctam exercere; iuſſit Megabirum operam dare, vt, niſi fuiſſet in Aſylo, ipſum caperet, atque ligatum quantocyus ad ſe mitteret; alioquin expectaret occaſionem, & ſacrum locum minimè violaret. Sed & iudæi ciuitates *Deut.4.* refugij habebant, in quibus ſecuri at- *Ioſ.20.* que immunes habebantur quicumque, poſt cædem fortuitò factam, ad eas profugiſſent. Cum igitur Chriſtiana religio citra comparationem vllam ceteras omnes nõ veritate, aut dignitate ſolũ, ſed miſericordia etiam præcellat; quemadmodum ab illo condita eſt, qui vſqueadeo miſericordiá fulget, vt miſerationes eius, teſte Propheta, *Pſ.144.* ſint ſuper omnia opera eius; profectò neceſſe eſt, vt locum aliquem habeat, vbi eius profeſſores, ſaltem præſtituto tẽpore, ſi debitis obligatos eſſe contigerit, & illuc confugerint; quouſquè ibi fuerint, ne dum tuti ſint, quominus in ius à ſuis creditoribus trahi queant; verumetiam vniuerſa debita illis dimittãtur: vbi non modo ſecuri ſint, qui ſpiritalis ſeruitutis iugo tenentur obſtricti, ſed plena quoquo libertate donẽtur: deniquè vbi ſceleſti quique non ſolum citra periculum vllum eſſe valeant; verum etiam pœnis omnibus, quas ob perpetrata ſcelera dare oporteret, reddantur immunes: duntamen ij omnes ea exequi ſtudeant, quæ illis à ſummo Chriſtianę Reipublicæ Præſide illa de cauſa miſericorditer iniunguntur:

guntur: Porrò locus iſte tã inſignis, Vrbs eſt, atque vnica Roma. Quo fit, vt conueniens ſit Romæ celebrari IVBILEVS. Id autem verum eſſe tam euidentibus efficacibuſquè ſuadebimus rationibus; vt nemini vnquàm, niſi aut ſtupidus, aut obſtinatus fuerit, in dubium venire valeat, num veritatem ipſam fuerimus aſſequuti.

1. PRIMA igitur ratio eſt, quoniam Roma vſquead eo digna eſt, atque præclara; vt Ciuitatum omnium regina (vnde & Vrbis nomine antonomaſia quadam appellatur) orbis caput, mundi domina: quippe quæ totius mundi diu potita fuerit imperio: imò (quod à Græcis manare tra-
Lud.Cal. dit Rodoginus) perpulchra totius mundi epitome cenſeatur. Omitto autem quæ de diuitiarum omniũ copia, de regionis amenitate, de agrorum fertilitate, de Tyberis nauigatione, de maris propinquitate, dequè mira eius pulchritudine dici poſſent; qua nõ ab vltimis Hiſpaniæ, Galliarumquè finibus modò, ſed etiam ab extremis mũdi partibus homines ad ſui contemplationem trahit. Cum igitur IVBILEVS in ea haberi debeat ciuitate, quæ dignitate ceteris præſtet; id quod tam præclara ſolẽnitas ſuo veluti iure poſcere videtur; conſequens eſt, vt Romæ celebrari debeat. Ita enim fiet, vt in ea habeatur ciuitate, quæ, ſicut olim ſub Imperatoribus cunctis gentibus dominabatur, ita nunc ſub vero, cœleſtiquè Imperatore Chriſto ſaluatore noſtro, & eius Vicario, Põtifice ſcilicet Romano in animas quoque ipſas dominium obtinere demonſtratur.

2. SED ex ipſius quoque Vrbis cõmunitate idem deducitur manifeſte. Si enim Roma (vti communiter dicitur, & anctore Cælio Iuriſperiti te- Lud. Cęl. ſtantur) Patria eſt cõmunis, ac propterea non indigenæ ſolum, ſed etiam incolæ complures ex Hiſpania, Luſitania, Gallijs, Hibernia, Anglia, Flãdria, Germania, Sarmatia, Suetia, Armenia, Gręcia, & ex omni ferè natio- Act. 2. ne, quæ ſub cœlo eſt, Romæ inueniũtur; & omnes fermè ibi proprias habent eccleſias, xenedochia, & Sacerdotes, ſanè Romæ celebrandus eſt IVBILEVS, vbi omnes quicumque illuc conuenerint, aliqua poterunt perfrui commoditate.

3. TERTIA ratio eſt: Quoniam nulla poteſt in mundo ciuitas inueniri, in qua magis uiguerit, floruerit q; religio, quàm Romæ. Vndè veteres illi Romani augendæ religionis gratia non cõtenti deorum ſuorum numero, aliarum nationum deos, vt teſtatur Valerius, Romam aduehi cu- Val.Max rabant, eiſquè marmoreas, æneaſquè erigi ſtatuas, ædificari templa, dicari ſacerdotes, ludos inſtitui decernebãt. Qua etiam de cauſa Tiberius Impe- Tert.Ap. rator (vt in Apologetico ſcribit Ter- cap. 5. tullianus, atque in Eccleſiaſticis hi- Hiſt. ec- ſtoriis habetur) in Deorũ numerum cl. li. 3. Chriſtum referre cõſtituit; quod vtiquè feciſſet, niſi inhibuiſſet Senatus. Rurſus, nullus vereri poterit, eãdem ciuitatem & erga verum Deum vera religione pręſtare, quæ erga dæmones (ſic enim in ſacro eloquio non- Pſal. 95. numquam uocantur) tam religioſa, ne ſuperſtitioſa dixerim, fuit. Porrò huius pręſtantioris religionis euidens ſignum eſt, maxima illa religioſorum, clericorumquè multitudo. Ibi enim propria habẽt monaſteria, aut loca quædam, monachorum, mẽdicantium, anacoretarũquè ordines

omnes.

omnes. Ibi ingens beneficiatorum, præbendatorũ, presbyterorũq́; eſt numerus. Ibi tot, ac tales inuenias ſacerdotes, vt Polonus quidam verè pius ac doctus (non enim Romani, aut italici cuiuſpiam hac in re afferam teſtimonium) non dubitanter „ affirmet: Nullibi plures pios, & „ doctos ſacerdotes inueniri, vt ip- „ ſius quoque verbis vtamur, qui nõ „ magis verbo, quàm exemplo do- „ ceant, & fulgentes quaſi ſplendor „ firmamenti, ad iuſtitiam erudiant „ multos, quaſi ſtellæ in perpetuas „ æternitates. Quo fit, vt nulla ſit ciuitas, vbi à pluribus canonicæ horæ perſoluantur; ſacrarum miſſarum Deo exhibeantur ſolemnia; diuorum ædes viſantur frequentius; piis precibus vacetur magis; & fortaſſe vbi nõ mendicis, ac miſerabilibus perſonis modò, ſed xenodochiis, cœnobiis, ſocietatibus (quas & Confraternitates appellant) ceteriſquè piis locis pro Chriſti pauperibus alẽdis huberiores mittantur eleemoſynæ: Nec non vbi magis foueantur orphani, plures nuptui tradantur egentes puellæ; atque (vt pauciſſimis cuncta complectar) nulla eſt ciuitas, vbi diligentius piis vacetur operibus, quàm Romæ. No- „ uit Dominus, cuius oculi vbiquè „ contemplantur, bonos & malos, „ quiquè ſcrutatur renes & corda. Sed nouerunt etiam illi, qui illic degentium mores obſeruant, quòd à veritate minimè abſcedam. Quapropter ſi ob clariorem Dei gloriam, cumulatiorem iuſtorum lætitiam, huberiores peccatorũ fructus, potẽtiorem hæreticorũ ſtimulũ, & ob maiorẽ ſatanæ iniuriã in ciuitate illa celebrare debet Iubileus, in qua verè floret religio; ſanè Romæ celebrandus eſt.

Tho. Treterus. *Dan. 12.* *Pro. 15.* *Hier. 17.*

4. PORRO quarta ratio ex ſingulari Vrbis huius ſanctitate eruitur. Cũ enim ex Hieroſolymis, & ex quauis alia mũdi regione penè ſacra omnia, quæ ad Chriſtianam religionem attinent, Romam allata ſint; nimirũ, Chriſti præſepium, in quo natus eſt; panni, quibus inuolutus fuit; cunæ, in quibus iacuit; inconſutilis veſtis, qua tegebatur; purpura, quam paſſionis tempore fuit indutus; columna, cui alligatus flagris vapulauit; ſpineũ diadema, quo fuit coronatus; claui, quibus fuit confoſſus; lanceæ cuſpis, qua ſacrum eius pectus fuit vulneratum; pars Crucis, qua fuit ſuſpenſus; nec non titulus, quo cuique tranſeunti fuit proditus: Rurſus cum Romæ plura quieſcant Apoſtolorum, Martyrum, ac ſanctarum Virginum corpora, plures ſanctorum reliquiæ, atque baſilicæ ſint, quàm alibi; nemo addubitare poterit, quin Roma ſanctiſſima ſit, quemadmodũ, quod paulò ante probatum eſt, & religioſiſſima eſſe iure cenſetur. Sed omnia penè, quæ de ipſius Vrbis religione, ac ſanctitate generatim dici poſſent, magna quidẽ breuitate, ſed & mira claritate in verè planèquè orthodoxo Inquilini & Aduenæ colloquio, quod ob inſignem ipſius typum iure optimo Roma ſancta, ſiue, de ſpirituali romanæ vrbis effigie inſcribitur; cõplexus eſt Thomas Treterus Poſtnanienſis Polonus, illuſtriſſimi pariter ac doctiſſimi Cardinalis Varmienſis à ſecretis. Si igitur ſacer IVBILEVS in eo loco, qui ceteris ſanctior fuerit, haberi debet, ratio poſcit, vt habeatur Romæ. *Tho. Tre*

5. QVAE autem quinto loco afferenda eſt ratio, in hoc maximè conſiſtit, quòd certum ſit Romam Pontificis

tificis Max. propriam eſſe ſedem. Nã Summus Pont. vnicus eſt Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor, totius Eccleſiæ Princeps; cui veluti paſtorum omnium Archimandritę in Apoſtolorũ principe Petro regendarum, moderandarum, paſcendarumquè totius mundi ouium cura iniuncta eſt; & tam inſigniter cœlorũ claues illi collatæ, vt nemini fidelium liceat dubitare in eo omnẽ reſidere Eccleſię poteſtatem. Hic eſt enim (vt cum D.

D. Ber. de Conſ. li. 2

„ Bernardo loquamur) Princeps Epi
„ ſcoporum, hæres Apoſtolorum,
„ primatu Abel, gubernatu Noe, pa
„ triarchatu Habraam, ordine Mel-
„ chiſedech, dignitate Aaron, aucto-
„ ritate Moyſes, iudicatu Samuel, po
„ teſtate Petrus, vnctione Chriſtus.

Huic propterea omnes Chriſtiani, Principes, Duces, Reges, atque Imperatores in terrã prouoluti ſacrum exoſculantur pedem; atque perpetuam reuerentiam, ac obedientiam pollicentur. Hunc non alia permoti cauſa, cum in publicum prodit, videre concupiſcunt orthodoxi omnes; & ne fraudetur deſiderio, vſqueadeo ſeſe impellũt, vt eis nihil optabilius obuenire poſſe putares. Illi verò, qui tantum ab Vrbe diſtant, vt eorum rariſſimi illuc proficiſci valeant; vbi ad eos redire contingit, qui Romæ fuerint; præ dulci pietate ipſos amplectuntur, atque exoſculantur; & huius tam ingentis lætitiæ, tam dulcis exceptionis cauſam referẽtes, quemadmodum; ab maioris Armeniæ archiepo Nicholao Alingia non ſemel atque iterum audiui; ſuo idiomate repetunt: Vidiſti Papam? Vidiſti Papam. Quia igitur tam pio Chriſtianorum deſiderio non abſquè eorum maxima vtilitate, ſicut IVBILEI tempore Romam euntibus accidit, ſatisfieri poteſt; nullus dubitare poterit, num Romæ debeat celebrari: præſertim quia eo pacto in Vrbe illa agetur, quæ, vt diximus, caput eſt orbis, & in qua viſibile militantis eccleſię caput conuenit inueniri.

6. SEXTA autem ratio, qua idem piis auribus manifeſtè ſuadetur, ex hoc deſumitur; quòd non ſolum ſeruanda, ac fouenda, verum & augenda ſit erga Romanam eccleſiam chri-

„ ſtianorum pietas. Hæc enim apo
„ ſtolica Eccleſia, inquit Anacletus
„ Papa, caput et cardo à Domino, &
„ non ab aliis conſtituta eſt; & ſicut
„ cardine oſtium regitur, ſic huius
„ apoſtolicæ ſanctæ ſedis auctorita-
„ te omnes eccelſiæ, Domino diſpo
„ nente, reguntur. Ad hanc, vt ſum
„ marum diſpoſitiones cauſarum,
„ & omnium eccleſiarum negotia,
„ ita etiam interpretationes ſcriptu-
„ rarum referuntur.

Anacletus.

Hæc namque veluti ceterarum omnium eccleſiarũ caput, dux, atque magiſtra, abſquè errore vllo inſtruit omnes (id quod nũquàm nõ fecit) quid credendũ, quid agendum, quidquè omittendum ſit. Hæc cõtrouerſias omnes componit, quæſtiones cũctas profligat, & dubia vniuerſa è medio tollit. Verum pro conſeruanda, prouehendaquè Chriſtianorũ erga Eccleſiam ipſam pietate, commodior via excogitari non poteſt, quàm vt inibi celebretur IVBILEVS. Fideles enim hac de cauſa Romam cateruatim currunt; cernunt populorum concurſum, religioſorum multitudinem, antiſtitum grauitatem, cardinalium celſitudinem, ac Summi Pont. admirãtur maieſtatem. Tunc venerabiles viſunt Sanctorum eccleſias, ſacras venerantur

reliquias, nec non quæ ſancti illi pro chriſtianę fidei propagatione, proq; Romanæ Eccleſiæ gloria fecerint, ac perpeſſi fuerint, audiũt. Tunc ad beatorum Petri & Pauli ſacra corpora ſe proſternunt, & quod pro fundanda, augenda, corroboranda, efferẽdaque Romæ Chriſti religione, ille ibidem cruci affixus, hic verò capite truncatus fuerit, recordantur; atque icci-co, cùm in eius amorem atque venerationem propenſiores efficiantur; Romæ ſanè fieri debet.

7. VERVM non minori efficacia eadem aſſertio ſtabiliri poterit, ſi piè accurateque inſpectum fuerit, id eam quoque ob rem fieri debuiſſe, vt, pro maiori ipſius gloria, proquè firmanda, augendaq; eorũ in illum fiducia, immenſa Chriſti ſaluatoris noſtri potentia fidelibus cũctis altius contẽplanda obiiceretur. Quod, quò dilucidius fiat, animaduertendum eſt, ipſius Chriſti potentiam nulla ratione melius patefieri potuiſſe, quã ſi eo in loco vniuerſis populis ſpectanda proponeretur, in quo prin-
Ioa. 14. ceps mundi huius ſatan ſuperſtitionum omnium commentis, ceu armis quibuſdam validiſſimis muni-
Luc. 11. tus, in pace cuſtodiebat atrium ſuũ, & in quo dæmonum cultus maximè
Ioa. 12. vigebat; vt ipſo foras eiecto, eiuſquè cultu penitus abrogato, Chriſti religio ibidem ſumma cum gloria florere cerneretur: ſed & plenius intelligeretur, illum, quò idolatrię euerteret arcem, tantam aboleret abominationem, tam validum proſterneret ducem; nõ alijs artibus vſum, quàm
1. *Cor.* 1. vt quæ ſtulta ſunt mundi, inquit Paulus, elegerit, vt confunderet ſapientes: infirma mundi elegerit, vt confunderet fortia: ignobilia mundi, & contemptibilia, & ea, quæ non ſunt, elegerit, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Sed numquid Roma falſorum deorum olim non extitit ſedes, ita, vt nuſquam plura colerentur idola? Vnde, & idolorum omniũ vbique gentium celeberrimum phanum, ac Pantheon Romæ viſebatur. At Chriſti potentia factum eſt, vt idolorum templis dirutis, aut Deo Opt. Max. dicatis, impietatis abiectis ſacrificijs, ac totius idolatriæ ſuperſtitionibus penitus eliminatis; ſanctiſſima ipſius religio ibidem maximè fulgeat. Vt ergo omnes, quot quot Chriſto nomen dedere, quiquè Romam proficiſci valẽt, id propius inſpicere poſſent (quod non abſque ingenti ipſius gloria, ſummaque eorum vtilitate alacritateque contingere poſſet) Romæ ſanè celebrari debuit IVBILEVS.

8 PRAECLARA item Romanorum fides, eorumquè admiranda hoſpitalitas, ſi rite expendantur, id ſuo iure poſtulare videntur. Romanorum quippe fides talis eſt, vt gentium Apoſtolus, & prædicator veritatis Paulus, in cumulatiorem eorum laudem, atque in aliorum inſtructio-
„ nem illis ſcripſerit: Fides veſtra *Ro.* 1.
„ annuntiatur in vniuerſo mundo.
Sed & glorioſus martyr Cyprianus *D. Cyp.*
fidenter aſſeueret, perfidiam ad illos acceſſum habere non poſſe. Hi enim veluti prudentes filij iugiter audiunt *Pro.* 1.
diſciplinam patris, & matris, legem nunquam dimittũt. Quo fit, vt apud illos vera ſemper annuntietur fides, purus Deo cultus exhibeatur; &, vt vno dicam verbo, pia ſanctaquè eorum religio, non ſub modio, aut in *Matt.* 6
abſcondito deliteſcat, ſed in toto chriſtia-

chriſtiano orbe lõge lateque diffuſa, cunctis gentibus prædicetur. At verò tanta eſt, præcipue ſacri IVBILEI tempore, Romanorum hoſpitalitas (neque enim de alijs eorum eleemoſynis, quas enarrat omnis Ec- *Eccl. 31.* cleſia ſanctorum, aliquid dicam) vt non citra veritatem de ipſa quoque eis dici poſſit: Hoſpitalitas veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Et vt ea, quæ de ſingulari priuatorum, qui pauci minimè ſunt, in peregrinos liberalitate, humanitateq; dici poſſent, miſſa faciam: omittam quoque, quòd Romanorum plerique, generis nobilitate, dignitatum gloria, ac diuitiarum ſplendore, apprimè illuſtres, maximequè præclari quoduis, etiam vile & abiectum obſequij genus, maxima cum alacritate ſubeant: cuiuſmodi vtique ſunt, peregrinorũ quantumuis humilium pedes abluere, cubicula euerrere, lectos componere, vaſa mundare, parare menſas, ac recumbentibus non minori benignitate, quàm maxima ſollicitudine, diligentiaq; miniſtrare: Vtquè loca alia verè pia, quæ plura sũt, in quibus magnificè habentur peregrini, ſilentio præteream; de ſanctiſſimæ Trinitatis archiſocietate illud minime prætermittam (nequè enim deerunt qui hiſtoriam de re tanta latiſſime conſcribant) nimirum tot peregrinos in ea ſingulis diebus excipi, & quouſque ſanctorum ædes adierint, tanta foueri charitate, vt nuſquam in chriſtiana religione talia facta eſſe credantur. Si ergo in ciuitate illa, vbi peregrinorum fides non ſtabiliri modò, ſed & magnum ſumere poſſit incrementum; & in qua magnificẽtius, ac benignius peregrini ipſi tractentur; quis vnquam dicere, aut cogitare præſumpſerit, alio in loco, quã Romæ debere celebrari?

9. RATIO verò nona ex ditiſſimo indulgentiarum theſauro colligitur. Quod ſcilicet nuſquàm ſanctorũ meritis magis auctus, magisquè ditatus, atque cumulatus ſit, quàm Romæ. Neque enim in toto terrarum orbe locum vllum inuenire poteris, vbi fuerint ſæuiores tyranni, crudeliores præfecti, imperatores immaniores, ac humani cruoris magis ſitientes, & qui chriſtianum nomen aduerſarentur magis, ac inſectarentur crudelius. Tales quippè fuere (vt eccleſiaſticæ meminerunt hiſtoriæ) Nero, Domitianus, Traianus, Adrianus, Antoninus Pius, M. Antonius Verus, Comodus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, Maximianus, alijquè haud diſſimiles Romani Imperatores. Nullus igitur locus eſt, vbi Dei famuli, ſancti ſcilicet, fame, ſiti, atque carceribus magis afflicti; vbi pluribus opprobrijs, ludibrijsquè affecti, grauioribus tentationibus expoſiti, durioribus multiplicioribusq; ſupplicijs cruciati, ſæuioribus incendijs traditi, magiſque diris necis generibus perempti fuerint, quam Romæ. Si ergo eo in loco fieri debet IVBILEVS, vbi ſacer indulgentiarũ theſaurus longe ditior effectus eſt, quàm alibi (id enim rationem ipſam poſcere liquet) quis credere vnquam poſſet, alio in loco magis faciendum eſſe, quàm Romæ?

10. TANDEM decima, quę parum diſtat à prima, ratio ſit: Quoniã ſi æquum eſt locum cum tempore, quoad fieri poteſt, conuenientia non carere, IVBILEI verò tempus, vt ſequenti libro, vbi de anni ſancti, de-

què præſtantia diſſerendum eſt, demonſtrabimus, quod & hactenus innuimus, eſt digniſſimum, nõne in digniſſimo quoque loco habendus eſt IVBILEVS? At verò Roma tam præclarus eſt locus, vt, quemadmodum probatiſſimis clariſſimiſquè (ſi non fallor) comprobatum eſt rationibus, toto terrarum orbe dignior, ac præſtantior inueniri non poſſit. Id autem probè nouit, qui cecinit:

Verg.

Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi:

D. Hier. cont. Iouin. li. 2

Quod & ipſius nominis interpretatio demonſtratur. Roma enim, vt inquit aduerſus Iouinianum D. Hieronymus, aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Nemo ergo hæſitare poterit (præſertim ſi eas omnes, quas attulimus, expenderit rationes) quin ne dum Romæ, ſed & Romæ tantũ haberi debeat IVBILEVS. Sed num alijs quoque locis cõmunicari poſſit, in huius libri fine ſupereſt diſſerendum.

Quòd Iubileus ad alias quoq; Chriſtianorum prouincias protrahatur. Cap. 9.

Ro. 12. 1. Cor. 12

CONSVEVERVNT verò morales Philoſophi humano corpori Rempublicam, ſeu ciuitatem comparare, quòd & D. Paulus, vbi de eccleſia loquitur, nõnumquàm facit: non quidem ea tantum ratione, quòd, quemadmodum in corpore ipſo cernitur, diuerſas habeat partes; quaſdam quidem digniores, quaſdam verò minus dignas, & illas ad hæc munera, has autem ad alia deſtinatas: aut verò illa de cauſa, quòd ipſius ciuitatis bono magis inſiſtant eius partes, ciues ſcilicet (dummodo tales ſint, quales eſſe oporteret) quàm proprio: quemadmodum ſingula quoque eiuſdẽ corporis membra communi vtilitati, quàm ſuæ ipſorum diligentius conſuluntur; ſed eam etiam ob rem, quòd cum neceſſitas poſcit, ex ciuitatis theſauro (neque enim de Magiſtratuum muneribus obeundis agendum eſt) tantum vnicuiquè quantum cuique opus fuerit, erogetur, quemadmodum, & cibus in ſtomachum receptus, atque decoctus mẽbris ſingulis pro vniuſcuiuſquè neceſſitate cõmunicatur. Verum quòd ciuitatis theſaurus veluti cibus in ſtomacho habeatur; ex quodam Quinti Flaminij in Philopœmonem Achæorum Ducem non illepido cõuitio facilè ſuadetur. Cum enim Philopœmones tam exilis graciliſquè eſſet corporis; vt nec ventrem habere videretur, & exercitũ peditatũ equitatuquè optimè inſtructum comparaſſet; ſed, qua ipſum alere poſſet, pecuniam non haberet; dixit Q. Flaminius, & brachia quidem, & crura, pedites ſcilicet, & equites, illum habere; ventrem verò, theſaurum videlicet, quo exercitum nutriret, nõn habere.

1. IGITVR, cum Dei Eccleſia in ſacris ſcripturis ciuitatis nomine haud rarò deſignetur (dicitur enim in Pſalmis: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et: Magnus Dominus

Pſ. 86. Pſal. 47.

„ minus & laudabilis nimis in ciui-
„ tate Dei noſtri : ideſt in Eccleſia,
Gloſ. „ inquit Gloſſa, quę ſita eſt in mon-
„ te ſancto eius) cumquè ipſa quo-
que proprium poſſideat theſaurum ; conſequens eſt, vt ſaltem ſacri I V B I L E I tempore, quod & ſuperius demonſtrauimus, ciuibus omnibus, chriſtianis ſcilicet, pro cuiuſquè neceſſitate erogetur. Id enim & de ciuitatum, aut rerumpublicarum ærarijs, interdum, maxime verò vbi opus fuerit, fieri audiuimus. At impoſſibile eſt, vt chriſtiani omnes ea tempeſtate, qua theſaurus iſte diſtribui debet, Romam proficiſcantur. Neque enim dici poteſt, quot cœnobitarum conuentus; quot ſacrarum virginum monaſteria; quàm magna mulierũ, ac puellarum multitudo; quàm ingens ſenum, infirmorumque numerus, qui aut obedientiæ, aut pudicitię, aut imbecillitatis vinculis quominus illò pergant, detineãtur; cũ tamẽ & hi eiuſdẽ ſint reipublicę ciues, eiuſdẽ Eccleſiæ filij, & pro eis quoq; theſaurus ille cõgeſtus ſit, illiſq; propterea debeat impertiri. Quapropter ſummus Pontifex etiam abſentibus, qui quidem Romam pergere nequeunt, eadem largitate pro ipſorum neceſſitate ditiſſimum ſanctę Eccleſiæ theſaurum diſtribuit, ſicque illis ſimiliter ſacrum condonat I V B I L E V M.

2. SED & perſonarum acceptione, quæ a ſummo Eccleſiæ præſide hac maximè in re aliena eſſe creditur, idem non latenter ſuaderi poſſe videtur. Nam etſi in eleemoſynarum largitione, in promotione dignitatũ, in impoſitione pœnitentiæ, in honoris exhibitione, in ſententiæ definitione, in iudiciorum declaratione, & in huiuſmodi, vt ex ſacris canonibus colligitur, perſonam accipere deteſtabile ſit: nihilominus, quia animæ bona, præcipue quæ Deum fidelibus conciliare, eiſque propterea cœli ianuam reſerare creduntur, pręſtabiliora ſunt; perſonarũ acceptio quantũ ad huiuſcemodi bona attinet, longe deteſtabilior eſſe iure optimo cenſeretur. Quia ergo ſacri I V B I L E I elargitio, vt luciduſsime quarto demonſtrabimus libro, inter hæc bona recenſetur, & chriſtiani orbis locis alijs ab Vrbe, citra perſonarũ acceptionem denegari non poſſe videtur; ſane illis quoque condonetur, oportet.

3 DEMVM nonne & immenſa Dei bonitas, eiuſquè pręcipue ac ſingularis de chriſtianis omnibus prouidentia, ineffabilis Chriſti ſaluatoris noſtri erga eoſdem miſeratio, ſummorum Pont. in eos, quorum curã gerunt, mira compaſſio communis chriſtianorum neceſſitas, inęſtimabiles indulgentiarum theſauri diuitiæ, ceteraquè omnia, quæ, cum de ipſius neceſsitate ageretur, in mediũ allata ſunt; eandem veritatem, nimirum alijs quoque ciuitatibus ſacrum debere cõmunicari I V B I L E V M, patenter demonſtrant?

CETERVM, quia ſacri I V B I L E I tempore facile oriri poſſent impedimenta aliqua; qualia forent bellorum tumultus, communis annonæ penuria, aut etiam peſtis, & id genus nõ pauca, quibus detinerentur fideles, quominus aut deſideratum ingrederentur iter, aut cœptum proſequi poſſent: ne abſque eorum culpa tam optato bono carere cogãtur, ſummus Pontifex, ceu fidelis, ac miſericors ſpiritalis theſauri diſpenſator

ſator ſacrum IVBILEI annum aut aliquando prorogat, aut in aliud tempus transfert.

IGITVR cum ea omnia, quæ pro conflanda completa, abſolutaquè ſacri IVBILEI definitione, neceſſaria videbantur, ſatis ſuperquè declauerimus; vt tandem ſecūdam abſoluamus quæſtionem, atque huic libro finem imponamus, hunc in modum IVBILEVM definimus:

IVBILEVS eſt illa pleniſſima indulgentia, maximequè generalis pœnarum omnium, pro vniuerſis criminibus quantumuis neſandis, debitarum remiſſio, quæ Romam eiuſdē remiſſionis gratia euntibus, atque Romæ degentibus, verè pœnitentibus ac confeſſis, nec non quaſdam conſtitutas certaſquè eccleſias diebus quibuſdam adeuntibus, iucundiſſimo fœliciſſimoquè vigeſimo quinto anno, à Summis Pont. conceditur. De ſecunda igitur quæſtione diximus ſatis, proinde, quid IVBILEVS ſit, explicauimus; ad ſequentem deinceps tranſeamus.

FINIS

SECVNDI LIBRI DE SACRO IVBILEO.

F. ANGELI PIENTINI DE CORSINIANO ORD. PRAEDICATORVM

Sacræ Theologiæ Profeſſoris

DE SACRO IVBILEO

Liber Tertius.

Quòd ſacri Iubilei inſtitutio à Spiritu ſancto proueniat. Cap. I.

CVM D. Paulus, vt in actibus apoſtolorũ legitur, perueniſſet Epheſũ, ibiquè quoſdam Apollo diſcipulos inueniſſet; de eorũ ſalute ſollicitus illos quantocyus ſciſcitatus eſt: nũ & ipſi Spiritũ ſanctum accepiſſent. Nouerat enim Apoſtolus (neque enim id poterat ignorare, qui eodem ſpiritu plenus erat) eos, quibus datum eſt, vt illum recipiant; his
Eſa. 16. ab ipſo, vt Eſaias teſtatur, decorari muneribus; nimirum, vt magnum ac laudabile Dei nomen reuereantur timore; conſilio in quouis opere ęffi ciantur prudentes; pietate miſeris compatientes; in rebus aduerſis fortitudine conſtantes; in diuinorum contemplatione intellectu ſublimes; ſapiẽtiaquè experiantur, quàm ſuaue ſit Deo ſeruire; atque ſcientia, quantum ad illa, quæ ad humanã neceſſaria ſunt ſalutem, illuſtrentur. Non igitur ea tantum ratione in ſacris literis nonnumquam dicitur Spiritus Veritatis, quia Domini, ac redẽptoris noſtri, qui, vt in Euangelio Iohannis habetur, veritas eſt, ſpiritus appelletur: Io. 15.
aut quia citra Spiritum ſanctum; vt docet Ambroſius, nemo poteſt D. Amb.
„ agnoſcere veritatem: Nemo, in„ quit, poteſt dicere verum, niſi in
„ Spiritu ſancto: ſed ea præſertim de cauſa, quòd, quemadmodũ Chriſtus pollicitus eſt, Chriſtianis quamlibet

Iob. 16. „ libet veritatem tradat. Mittam ,
„ inquit, vobis ſpiritum veritatis &
„ docebit vos omnem veritatem .
VERVM, vt hæc promiſſio, quę
noſtro propoſito maximè conuenit ,
plenius intelligatur, animaduertendũ
eſt, quòd licet Chriſtus vitæ ſuæ inte-
gritatem , ac innocentiam conuerſa-
tione ſua vſquè adeo declaraſſet , vt
mox de ipſo iure optimo dictum fuę
1. Pet. 2. „ rit : Qui peccatum non fecit, neq;
„ inuentus eſt dolus in ore eius: licet
tot atque tam admirabilibus claruiſ-
ſet prodigijs , vt tandem veritate de-
uincti aduerſarij cõpulſi fuerint di-
Ioa. 11. „ cere : Quid facimus, quia hic ho-
„ mo multa ſigna facit ? Si dimitti-
„ mus eum ſic, omnes credent in eũ:
Ioa. 18. licet quotidie in templo & in ſyna-
gogis tam præclaras tamquè ſaluta-
res ad populum conciones habuiſſet,
Luc. 4. vt atteſtante in Euangelio Luca , ad-
mirarentur in verbis gratiæ, quę prò
cedebant de ore eius, ac non pauci di
Ioa. 7. „ cerent : Nunquàm ſic locutus eſt
„ homo. Nihilominus falſiſſimi Iu-
dæi inuidia excæcati (ſcriptum eſt
Sap. 4 „ enim : Excæcauit eos malitia eo-
„ rum) eò malitiæ, impudentiæquè
deuenere, vt totis viribus conati ſint
ſanctiſſimam ipſius vitam , ceu im-
probam ac facinoroſam calumnijs ,
probriſquè afficere : præclariſsima
eius miracula, veluti dęmonis patro-
cinio facta, obſcurare : nec non diui
nam ipſius doctrinam, veluti præſti-
gioſam atque prorſus inanem , con-
temnere. Vnde nec dicere vereban-
„ tur : Nos ſcimus , quia hic homo
Ioa. 9. „ peccator eſt : In Beelzebub prin-
Luc. 11. „ cipe dæmoniorũ eijcit dæmonia .
Io. 8. „ Et: Tu de te ipſo teſtimonium per
„ hibes, teſtimoniũ tuũ nõ eſt verũ .
Quapropter cùm à diſcipulis ſuis
primò quidem morte , deinde verò
in cœlum aſcenſione abiturus eſſet ,
ne propterea animo caderent, atque
conſternarentur; eis pollicitus eſt ſpi *Io. 15.*
„ ritum ſanctum : Mittam , inquit ,
„ vobis ſpiritum veritatis : Nimirũ
vt intelligerent, quoniam cùm ſit ſpi
ritus veritatis, ad eos veniens, dubio
procul diuinis eorum concionibus ,
euidentiſsimiſquè eorumdem pro-
digijs, non tantum ipſius Chriſti vi-
tæ innocentiam, miraculorum ac do
ctrinæ veritatẽ cunctis populis aper-
tiſsimè demonſtraturus erat , ſed cũ
illis , in æternum permanſurus : nec
non, quatenus tã ipſorum, quàm eo-
rum, quorum conſtituerentur paſto-
res, ſaluti expediret; pedetentim do-
cturus omnem veritatẽ. Ipſe, inquit , *Io. 14.*
„ docebit vos omnia , & ſuggeret
„ vobis omnia quæcumque dixero
„ vobis . Ipſe docebit vos omnem *Io. 16.*
„ veritatem ; nimirum quia eſt ſpi- *Io. 16.*
„ ritus veritatis .
SED neque exiſtimare quiſquàm
poteſt , præclariſsimam hanc Do-
mini pollicitationem ſolis factam
fuiſſe diſcipulis illis, qui aderant , &
non alijs ſimiliter diſcipulis, vel quos
iam ſibi aſciuerat , vel qui poſtea ac-
ceſſuri erant. Nam, ea verba nõ mo
dò ad Apoſtolos, ſed etiam ad ſucceſ
ſores referri oportere , ex eo in pri-
mis patet, quòd Chriſti promiſſa ne
ceſſario adimpleri debent . Ait autẽ :
„ Ego rogabo Patrem , & alium pa- *Io. 14.*
„ racletum dabit vobis , vt maneat
„ vobiſcum in æternum . Et, quod *Matt. 28.*
„ illi perſimile eſt : Ecce ego vobiſ-
„ cum ſum omnibus diebus vſque
„ ad conſummationem ſeculi. Rur
ſus ex eo quoquè liquet, quod dicitur *Io. 17.*
„ Sanctifica eos in veritate. Nõ pro
„ eis autem tantum rogo, ſed & pro
eis

„ cis qui credituri ſunt per eorũ ver-
„ bum in me. Atqui promiſſionis hu
ius Iſaias non vates ſolum, ſed inter-
pres mihi videtur illuſtris. Ait enim:
Eſa. 59. „ Spiritus meus, qui eſt in te, verba
„ mea, quæ poſui in ore tuo, non re
„ cedent de ore tuo, & de ore ſemi-
„ nis tui amodo & vſquè in ſempi-
„ ternum.

VERVM quia, vt auctor eſt Dionyſius Areopagita, diuina lege ſtatutum eſt, vt quæ diuinitus eccleſiæ innoteſcere debent; primo ſuperioribus, deinde illis mediantibus à Deo reuelentur inferioribus: &, vt nunc dicebamus, Eccleſia Spiritus ſancti illuſtratione dirigitur (ea enim de cauſa columna, & firmamentum veritatis, vt ſupradictum eſt, appellatur) magna ſanè reuerentia audienda, ſuſcipienda, tenenda, obſeruandaquè ſunt ea omnia, quæ ab ea ſuis fidelibus, ceu filiis cariſſimis proponuntur. Intelligéda quoque ſunt, ceteriſquè, quanta fieri poteſt ſapientia, explicanda: ſed & interim firmiter credendum, alia quoque in ipſis latere arcana, quæ ab iis, qui ſublimiori prę diti fuerint ingenio, ac maiori præſtant eruditione, detegi poſſent. Id quod præſertim circa ſacri IVBILEI doctrinam, quòd hactenus facere tentauimus, atque in præſentia hoc tertio libro, quo de ipſius præſtantia diſputandum eſt, pro viribus molimur (neque enim vſque adeo ineptus ſum, vt putem me pro eius dignitate de ipſo ſcribere poſſe) neceſſariò faciendum eſt.

D. Diony. Cæ Hier. cap. 4.

1. Tim. 3.

IGITVR quamuis ex his, quæ ſuperioribus libris diſſeruimus, aliqua ex parte IVBILEI præclara dignitas eluceſcere poſſit, nihiloſecius, vt res tanta adhuc euoluatur cumulatius, & interim à cœpto ordine nequàm recedamus; de admirandis eius proprietatibus diſſerendum eſt. Ita enim fiet, vt duabus quęſtionibus ſuperioribus libris, vt potuimus, elucidatis; præſenti diſcutiatur tertia, & (quòd polliciti ſumus) anni ſancti præſtantia diligentius fuſiuſquè demonſtretur.

Quòd Iubilei annus cenſendus ſit verè dignus, quia, & uerè ſanctus meritò habeatur. Cap. 2.

IGITVR ea eſt ſanctitatis pręſtantia (hinc enim, ſcilicet ab eius anni appellatione, tamquam à cõuenientiori loco libenter auſpicamur) vt abſque controuerſia vlla, quæ ſancta ſunt, ceteris omnibus præferantur; & qui ea cognouerint, magna quoque ipſa proſequantur veneratione. Hinc Moſes Dei maieſtatem innuere volens, illum ſanctitate magnificum eſſe aſſeuerauit. *Deut. 32.* Eadem de cauſa & Propheta, vbi de maxima Dei laude, quam populos illi exhibituros prænoſcebat, vaticinaretur, clamabat: Gloriam ma- *Pſ. 144.*
„ gnificentiæ ſanctitatis tuæ loquen
„ tur. Et apud Iſaiam (quod & de *Eſa. 6.*
ſanctis ſenioribus legitur in ſacra Apocalypſi) nõ vidẽtur Angeli Deum *Apoc. 4.*
ipſum præſtantioribus efferre poſſe

præconijs: quàm vt abſque requie
„ illi nunquàm non canāt: Sanctus,
„ ſanctus, ſanctus, Dominus Deus
„ exercituum, plena eſt omnis terra
„ gloria eius. Hac quoquo ratione.
Dan. 9. D. N. Ieſus Chriſtus à Daniele, ſanctus ſanctorum appellatur. Sed neq; Gentes & Idolatras quoſque fugit, ea, quæ ſancta ſunt, apprimè inſignia eſſe, magnaquè propterea debere veneratione coli: Vnde Poeta quidam omnes commonens aiebat:

Parcite pollutis contingere vincula palmis:
Et procul hinc moneo, procul hinc quæcunque profanæ
Ferte gradus, nec vos caſto miſcete labori.

1. CAETERVM quò manifeſtū reddatur, quàm ſanctus ſit ſacri IVBILEI annus, opus eſt illa, quæ, ea præſertim tempeſtate fiunt, expendantur. Etenim, ſi vnquàm ij, qui re ipſa, & non nomine tantum, Chriſtiani ſunt, conantur deponere ſecundum priſtinam conuerſationē,
Eph. 4. vt cum Paulo loquamur, veterem hominem cum actibus ſuis; & eum induere, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis: atque iccirco ſi vnquam dant operā,
Heb. 9. vt ab operibus mortuis, ideſt à peccatorum ſordibus eorum emundentur conſcientiæ, pro perpetratis criminibus ſatisfaciant, & firmo, ſtabiliquè ſtatuant propoſito, vt in poſterum eo modo viuant, qui chriſtianū hominem decet; id profectò IVBILEI anno ab eis fieri manifeſtum eſt. Rurſus ſi vnquam in Chriſti Ec-
Tre. 4. cleſia paruulis id petentibus fuere, qui diuini verbi frāgerent panem, hoc eſt, ſi vnquam concionum, prædicationum, adhortationumquè ſpiritalium copia fuit; ſi vel in villis, & oppidulis, ne dum in ciuitatibus numeroſę ſupplicationes inſtituuntur, & publicè ac priuatim Deo porrigū tur preces; Item ſi vnquam dimittuntur iniuriæ, conciliantur inimici, deponuntur ſimultates, diſtribuuntur eleemoſynæ, ſanctificantur ieiunia, *Ioel. 2.* viſuntur ſanctorum ædes, ceteraque pia loca excoluntur: Denique ſi vnquàm piè ſanctequè colitur Deus, honorantur ſancti, bonorum exemplorum ſtimulis, ad meliorem viuendi modum excitantur ſegniores, alijſq; bonis operibus ardenter incumbitur; hæc ſanè omnia ſancto fiunt IVBILEI anno.

2. SED ſi rebus ipſis, vti earum naturæ poſcunt, nomina imponi con
„ ſueuere (ratio enim, quam ſigni-
„ ficat nomen, inquit Ariſtoteles, eſt *Ariſt.*
„ definitio) qui fieri poteſt, vt IVBILEI annus non magna polleat ſanctitāte, cùm ab omnibus annus ſanctus paſſim conſueuerit appellari?

VERVM, vt adhuc mira iſtius anni ſanctitas magis magiſquè eluceſcat; operæpretium eſt animaduertere vocabulum hoc, nimirum, Sanctum, vt ex Ioanne Turrecremata, *Ioa. Turrecre. de Eccl. li. 1 cap. 9.* in diuino illo opere, quod Summa de Eccleſia inſcripſit, colligitur, multipliciter vſurpari. Primo quidem ſanctum dicitur, quod tam firmum, ac ſtabile eſt; vt deiici, aut concuti non poſſit. Hinc, quæ legibus munita fuiſſent, propterea quòd immutari non poſſent, ſancta antiquitus vocabantur. Prædeſtinati quoq;, quoniā à *Ro. 8.* Chriſti charitate, ſaltē nouiſsimè, ſeparari non poterunt, ſancti ab Apoſto
„ lo appellantur: Elegit nos, inquit, *Eph. 1.*
„ ante mundi conſtitutionem, vt eſ
„ ſemus ſancti, & immaculati in

conſpe-

„ conſpectu illius, in charitate. Deinde quod Deo dicatum fuerit, ſancti appellatione nonnunquàm deſignatur. Quo ſanè modo, non miniſtri Dei tantum dicuntur ſancti, ſed & Eccleſiæ, & vaſis diuinis dicatis obſequijs idem nomen interdum tribuitur. De miniſtris quippe ſcriptum
2 Eſd. 11 „ eſt: Vos ſancti eſtis Domino. De
Pſ. 137. „ Eccleſia autem: Adorabo ad tem„ plum ſanctum tuum. Porrò de va
2. Eſd. 11 „ ſis dicitur: Et vaſa ſancta ſunt.
Mart. Tertio ſanctum, vt Martiano placet, appellatur, quod ab hominum iniuria defenſum, atquè munitum eſt. Sanctum enim à ſagminibus dictũ putat: ſunt autem ſagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Et iuxta hanc acceptionem vti videtur hoc nomine. D. Paulus, vbi ait:
1. Cor. 3. „ Templum Dei ſanctum eſt, quod „ eſtis vos. Et quia ſanctum ſic acceptum, à quauis iniuria liberum eſſe debet, ideo de ipſo ibidem dicitur: „ Si quis tẽplum Dei violauerit, diſ„ ſperdet illũ Dominus. Quarto ſanctum dicitur, quòd ſanguine tinctum fuerit; vnde quia chriſtiani à peccatorũ ſordibus pretioſo Chriſti ſanguine
Apoc. 1. loti ſũt (quòd & in ſacra Apocalypſi in gratiarum actionem ſancti ipſi cõ„ fitentur, cùm aiunt: Lauit nos à „ peccatis noſtris in ſanguine ſuo) haud iniuria ab Apoſtolorum princi
1. Pet. 2. pe Petro ſancti nuncupantur, vbi ait: „ Vos autem genus electum, regale „ ſacerdotium, gens ſancta, popu„ lus acquiſitionis. Porrò quinto modo ſanctum dicitur, idem quòd ſine terra: qua quidem de cauſa, videlicet quòd ſine terra eſſent, hoc eſt,
Philip. 3 quòd terrena minime ſaperent, ſed ea omnia, veluti inania prorſus contemnerent, naſcentis Eccleſiæ chriſtiani, ſancti ab Apoſtolo appellan„ tur: Nunc autem, inquit, & filij 1. Cor. 6.
„ veſtri ſancti ſunt. Demum ſexto modo, idem, quod purum vel mundum, ſancti appellatione intelligitur: vnde Poeta:

Sancta ad vos anima, atque iſtius in Verg.
ſcia culpę
Deſcendam; magnorum haud vnquam indignus auorum.

Et quoniam Deus puriſsimus ac mũdiſsimus eſt, cùm nos iubet ad ſui ipſius imitationem munditiem, pu„ ritatemquè ſectari: Sancti inquit, Leuit. 19
„ eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.

IGITVR ſacri IVBILEI annum verè aperteque ſanctum eſſe, præter illa, quæ ſupra enumerata ſunt, hinc quoque quã facillime colliges; quòd prædictæ eiuſdem nominis acceptiones illi conueniant, quàm clariſſimè.

1. CVM enim immobili, inconcuſſæquè, vt ſupra confirmatum eſt copioſè, innitantur veritati; qui autem IVBILEVM ritè lucratus fuerit, non arundini vento agitatæ, ſed Matt. 11
„ illi de quo dicitur: Non contriſta- Pro. 12.
„ bit iuſtum quicquid ei acciderit, perſimilis eſſe vehemẽter cupiat, idq; precibus ſtudeat obtinere; ſanè firmus, ſtabiliſquè annus ille iure cenſetur. Sed & quòd ipſius immobilitas hac etiam pateſceret ratione, quatuor angulis, vt infra dicendum eſt, ſubſiſtere perhibetur.

2. VERVM ſi ea, quæ ſuperioribus libris de IVBILEI neceſſitate, dequè illius natura in medium allata ſunt, ad memoriam reducentur, fiet vtique cuilibet planum, tempus nullum inueniri poſſe, quod Deo Opt. Max. ita dicatum ſit, atque ſa-

cer I V B I L E I annus. Sed præter opera illa, quæ hoc maximè anno fieri dicebamus, id cuique manifeſtiſſimum facient, quæ deinceps dicturi ſumus, præſertim verò vbi de ipſius I V B I L E I fructibus diſſeremus.

3. PORRO tam longe eſt ab iniuriis cunctis I V B I L E I annus (ne que enim hæreticorum deliramenta curamus) vt à fidelibus cunctis maxima cuſtodiatur veneratione; quémadmodum non minori deſiderio ab eiſdem antea expectatur. Sed & propter illum nemo quempiam afficit iniuria, & qui I V B I L E O donari optant, eas omnes, quas paſſi fuerint, haud ægrè cuique dimittunt.

4. S E D ſi I V B I L E I anno theſaurus ille preſertim erogatur, qui innocentiſſimo prætioſiſsimoquè ditatus *Tit. 3.* eſt Chriſti ſanguine, quem in cruce pro nobis effudit abundè; nec nõ & illo, quem pro fidei propagatione glorioſi Chriſti Martyres expoſuere; nũquid non eſt verè ſanguine tinctus?

5. R V R S V S, ſi eo potiſſimum anno agnoſcunt Chriſtianorũ quamplurimi, corporeis fermè omnibus, quoad fieri poteſt, omiſsis, ſpiritalia ſectari, terreſtriumquè obliti cœleſtium flagrare deſiderio; atque I V B I L E I adipiſcendi cupidine illecti, domum, vxorem, filios, ac negotia *Tit. 2.* cetera, cunctaquè ſecularia deſideria derelinguere; nõne manifeſtũ eſt annum iſtũ ſanctũ eſſe, et meritò ſanctũ ideſt ſine terra appellari debere?

6. T A N D E M hinc quoque ſanctus, hoc eſt, purus iure nominatur, quòd in eo præcipuè mundis ac pudicis cordis cogitationibus, & puritati conſcientiæ vacetur, quando, vt diximus, Chriſtiani à peccatis antea commiſsis emendari ſtudent, ac de cetero in timore Domini ambulare, & deſideria carnis nõ perficere, orationibus inſtare, ſæpius confiteri, *Gal. 5.* ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum crebrius ſumere, eccleſias frequentare, pręceptaquè dominica, quãtum quiſque poterit, proponit adimplere. Si igitur ea, quæ ſanctitate inſignia ſunt, digna ac præſtãtia eſſe cenſentur, & I V B I L E I annus ſanctiſſimus eſt; ſanè opus eſt, vt & dignisſimus, atque præſtãtiſsimus habeatur.

Quòd Iubilei annus habẽdus ſit præclariſſimus, quia eſt ualdè antiquus. Cap. 3.

ET ſi antiquitatis nomine ea paſsim ſignificari videntur, quę temporis longitudine deteriora fiunt, quæquè corruptioni proxima ſunt, id quòd animantibus & plantis ,, cunctis vſu uenire videmus (Vetus ,, ſtas enim, inquit Varro, pauca non *Varro.* ,, deprauat: multa verò tollit. Quin *Heb. 8.* ,, etiam: Omne quod antiquatur & ,, ſeneſcit, vt ait Paulus, propè interitum eſt) attamen complura ſunt, quæ, cum eorum durationem tẽpore minime metiamur, aut tempore perficiuntur, & quò diuturniora fuerint, eò magis redduntur, habenturquè digniora; aut ęquè atque antea remanent digna. Et prioris quidem generis eſt hominis itellectus; qui ſuopte ingenio (tametſi ratione phantaſmatum, quibus neceſſariò vtitur, ſecus

cus nonnumquam contingere videamus) auctore in libris de Anima Ariſtotele, ſenio perficitur. Quòd & Poeta nequaquã ignorauit. Ait enim: *Arist.*

Verg.

Nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Tales. Vnde Tales Mileſius, qui inter ſeptẽ prȩclariſsimos Græciæ ſapientes nulli ſecundus eſt habitus, cum interrogaretur, quod nam in tota natura eſſet ſapientiſsimum; reſpondit: id eſſe tempus. Hanc ob rem ſenum conſilia vſque adeo commendantur, vt omnes fermè reſpublicæ, quemadmodum in libro de Regimine Principum tradit D. Thomas, non niſi à ſenibus voluerint adminiſtrari. *D. Tho.* Sic Lacedæmoniorum reſpublica ab Ephoris, Cretenſium à Boſmoinis, Calcedonenſium verò à Gineſiis, & Romanorum à Senatoribus regebantur. Id autem in cauſa fuit, quod quò antiquiores fuiſſent, eò ceteris ſapientiores habebantur, & ad reipublicæ regenda gubernacula aptiores. Vnde Poeta quidam:

Non niſi poſt annos patuit tunc curia ſacros.
Nomẽ & ętatis mite ſenatus habet.

Apoc. 5. Sed & in ſacra Apocalypſi ſancti illi, qui ceteris videntur prȩſtare, vnde & propè thronum Dei ſedere perhibẽtur; vocantur ſeniores. Quin etiam Deus ipſe, qui totius dignitatis fons eſt & oceanus, à Daniele propheta antiquus dierum nominatur. *Dan. 7.*

RVRSVS idipſum, nempè antiquitatem maioris dignitatis ac reuerentiæ cauſam eſſe, hinc quoque haberi poteſt; quòd licet Concilia omnia, potiſsimum verò vniuerſalia ritè celebrata, ſuaquè corroborata confirmatione; quia Spiritus ſancti numine acta ac directa eſſe creduntur; omni prorſus digna ſint veneratione; at tamen priora illa quatuor, videlicet, Nicenum Conſtantini tempore ſub Syluestro; Conſtãtinopolitanum ſub Ciriaco, Theodoſio maiore imperante; Epheſinum ſub Cȩleſtino primo, exiſtente Imperatore Theodoſio minore; & Calcedonenſe ſub Leone pariter primo, Martiano principe regnãte; ceteris omnibus, auctore Gregorio, honore præferuntur, non quidem ea duntaxat ratione, quod in eis magna fuerit Antiſtitum multitudo, aut quòd grauiſsimæ damnatæ, atque extinctæ fuerint hȩreſes; ſed etiã (vt nõnulli doctiſsimi, pariter ac piiſſimi viri docent) quia antiquiſsima ſunt. *D. Greg.*

AT ſacrum IVBILEVM vetuſtiſſimum eſſe (neque enim illis, quę de huius anni celebritate ſuperius aſtruximus, contradicimus) iis, aut ſimilibus haud infirmis, vel obſcuris ſuaderi poteſt rationibus.

1. PRIMO quidem, quòd in terreſtri paradiſo ſub innocentiæ ſtatu modo quodam eſſe cȩperit. Cũ enim „ Deus adhuc non dixiſſet Adæ: In „ ſudore vultus tui veſceris pane tuo; *Gen. 3* protoparentes noſtri dulci fruebantur quiete, nec ullo aut debiti onere, aut ſeruitutis iugo premebantur: Et terra abſquè colonis (quòd verum à Deo ſuperuenietem benedictionis imbrem imbibiſſet) ſponte ſua huberes producebat fruges. *Heb. 7.*

2. DEINDE hinc quoque IVBILEI antiquitas cõprobatur, quòd & in lege naturæ videatur adumbrari. Nam, vt locupletiſſimi teſtes ſunt Euſebius & Beda, anno quinquageſimo (quem appoſitè IVBILEO conuenire ſuperius dicebamus, idẽ- *Euſebius Beda.*

què

què nõ infrugiferè iterabitur inferius) peracto vniuerſali cataclyſmo, Noe ex arca prodiit, & Deus tam benignũ ſe ſe humano generi exhibuit; vt eius amore non cunctis viuentibus modò benedixerit; ſed etiam cum eo illud inierit fœdus, vt in poſterum mundum húc diluuij aquis ſe numquam ſummerſurum, ſit pollicitus. *Gen. 9.*

3. TERTIO idipſum hinc quoque conuincitur manifeſtè, quòd in lege Moſis IVBILEVS ipſe pręclaro typo demonſtretur. Etenim cum Deus ea, quæ ad quinquageſimi anni requiem pertinebant, in ſacro Leuitico diſpoſuiſſet, ſi, quemadmodum libro primo diximus; omnia in figura contingebant illis, quid aliud intelligi volebat, niſi verum ſacrũquè noue legis IVBILEVM? Neque enim obſtare putandum eſt, quòd hic nõ pro quinquageſimo anno tantum, ſed pro cẽteſimo, trigeſimotertio, atque vigeſimoquinto inſtitutus ſit; ille ſolum habeeetur quinquageſimo. Non enim videtur neceſſarium, vt figura omni ex parte figuratum demonſtret; alioquin neque æneus ſerpens Chriſtum, neque rubrum mare baptiſmum, neque Iſaac & Iſmael (vt cetera omittamus) duo deſignaſſent teſtamenta. Cũ tamen id, tam Euangelio, quàm paulinis Epiſtolis, apertiſſimè contradicat. Huc accedit, qnia ſat eſſe videtur, vt in præcipuis cõformentur myſteriis, quod IVBILEO noſtro reſpectu antiqui iubilei conuenire, fiet cuilibet vtrumque accuratè contemplanti compertiſſimum. *Leuit. 25* *1. Cor. 10* *Leuit. 25.* *Io. 3.* *1. Cor. 10* *Gala. 4.*

4. DEMVM (ne pluribus agamus rationibus) IVBILEVM antiquitus exordium habuiſſe ex quibuſdã Chriſti geſtis dilucidè conici poteſt. Primum quidem, quoniam in mundum veniens, illum modo quodam inſtituit. Nam, vt id clariſsimis oſtenderetur indiciis, voluit gaudiũ illud magnum, quod commune foret omni populo, ab Angelo paſtoribus nuntiari, & à cœleſtium ſpirituum multitudine gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax bonæ voluntatis hominibus cani. Atqui hæc omnia ceu quædam ipſius IVBILEI effecta, fũctioneſquè eſſe luce clarius comprobãtur. Etenim ſi vnquàm ob meliorẽ, meritiſquè cumulatiorem ſubditorum vitam gaudendi occaſio offertur eccleſiarum paſtoribus, eo præſertim tempore offerri ex his, quę mox dicturi ſumus, manifeſtum efficietur. Exultant populi, quòd pergraui criminum onere ſubleuati in ſanctitate & iuſtitia Deo coram ipſo deſeruiant. Quo fit, vt, quoniam bonis eorundem fidelium operibus glorificari dicitur, gloria ſit Deo in altiſſimis: Sed in terra pax bonæ voluntatis hominibus, quòd à culpis omnibus prorſus abſoluti, atque à pœnis cunctis erepti, cum Deo, cum proximo, cumquè ſeipſis pacem habere dicantur. Adhæc cum Magdalenæ, & Adulteræ peccata quælibet pepercilſet; nec nõ cum latroni nulla ſatisfactionis facta mentione pollicitus eſſet paradiſum; quid aliud intelligendũ putamus, niſi quòd, quẽadmodum & ſupra dicebatur, ipſe veri abſolutiſſimiquè IVBILEI auctor iam IVBILEVM celebrare, ipſumquè aliis pręɗicare cæpiſſet? Qua etiam de cauſa, nimirum, vt ſcirent omnes verum iam adeſſe IVBILEVM, omnes quot quot ſub grauiſſima criminum ſarcina laborarẽt, vt ad ſe pergerent (quòd eos leuare, & reſi- *Luc. 2.* *Luc. 1.* *Matt. 6.* *Luc. 7.* *Io. 8.* *Luc. 23.* *Matt. 11*

& reficere, atque veram ipſorum animabus requiem donare vellet) alliciebat. Cum ergo (vt quàm pauciſſimis, quæ diximus, colligamus) ſacer IVBILEVS antiquiſſimus ſit; quæ autem antiqua ſunt (ſi ſpiritalia fuerint) digniora cenſeantur; profectò fieri non poteſt, vt non ſit IVBILEVS ipſe digniſſimus.

Quòd Iubilei præſtãtia etymologijs apertiſſimè demonſtretur. Cap. 4.

VERVM quia rerum natura, atque proprietates nominum etymologijs, ſeu interpretationibus, deriuationibuſquè ſignificantur, ac propterea facile eſt hac etiam via rei dignitatem atque præſtãtiam inueſtigare; id quod qui Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi inſignes de etymologiis libros perlegerit, haud difficulter dignoſcere valebit: *Iſidorus.* non contemnendis vel obſcuris utemur argumentis, ſi IVBILEI excellentiam etymologiis quoque ſuis ſtudebimus aperire. Nam quamuis de nominibus aliis diſputari poſſit, num ob aliquam earum proprietatem rebus impoſita fuerint, quod Pythagoræ viſum eſt; an verò caſu, quod Auguſtinus & Cicero ſenſiſſe videntur; *Pythag. D. Aug. Cicero.* attamen quæſtio hæc, quantum ad nomina illa, quæ in ſacris continentur ſcripturis, nullum prorſus locũ habere poteſt. Si enim ipſę diuinæ ſcripturę non humana allatę ſunt vnquam voluntate, ſed Spiritu ſancto inſpirati, et illuminati ſancti Dei homines eas nobis attulerũt; *2. Pet. 1. 2. Tim. 3* profectò non tantum magna ſapientia expendendæ ſunt earum ſentẽtiæ, ſed & nomina ipſa, quæ in eis ſingulariter habentur, ſi iota vnum, aut vnus apex, vt in Euangelio dicitur, non præteribit à lege; *Matt. 5.* ſuo digna ſunt obſeruationis pondere. Et huius quidem rei euidens ſignũ eſt, quòd Philon hebræus, & Origenes, vetuſtiſſimi, pariter ac præclariſſimi doctores, *Philon. Origen.* circa eorundem nominum interpretationem, quo in ipſis latentia detegerent myſteria, diu multumquè laborarunt; id quod mox & D. Hieronymus, ſed longè fœlicius, præſtitit. *D. Hier.* Sciendum eſt igitur IVBILEI nomen quatuor præcipuè deriuationibus, aut interpretationibus, vel etymologiis declarari, explicariquè poſſe; quarum tres ab Hebræis, vnam verò à latinis mutuabimur.

1. ET vt à latina, veluti à magis peruia exordiamur, IVBILEVS, vt Hugo, Papias, atque Catholicon tradunt, *Hugo. Papias. Catholi.* (neque enim videbimur increpandi, ſi etiã hac in re, quòd alios quoque feciſſe inueniamus; horum ſequemur ſententiam) à verbo Iubilo deriuatur. Eſt autem iubilare, vt inquit Auguſtinus, gaudium verbis non poſſe explicare, & tamen voce teſtari quod corde conceptũ eſt. *D. Aug. in Pſal.* Quo fit, vt anni IVBILEI nomine, ſpiritalis gaudij, ac lętitię, ſeu iubili annum intelligere debeamus. Eſt ergo reuera annus ſanctus, gaudij ac iubili annus, cum in cœlo, in terra, & in purgatorio mirũ in modum iubiletur. In cœlo quidem, quoniam ingenti perfunduntur gaudio animę illę fœlices, quę à purgatoriis pœnis ſe

vident

vident vindicatas, & iam ad beatorum perueniſſe conſortium. In terra autem, quoniam magna afficiuntur lætitia peccatores, cum animaduertunt vſqueadeo ſibi crimina cūcta dimitti; vt etiā à maximis pœnis, quas ob perpetrata ſcelera pati deberent, prorſus liberi dimittantur. In purgatorio verò iubilatur, quoniam animę illæ, quę ad illud vſquè tempus grauiſsimis torquebātur ſuppliciis, cum cernunt ſe illico ex illis erui; profectò non lætari non poſſunt. Rurſus iubilatur in cœlo, quandoquidē beatorum animę ea tempeſtate ſolitò intenſius exultant, quòd etiam alias complures ad eandem cernant gloriam ſubleuari. In terra verò, quoniam lętantur iuſti, cum videant criminoſos homines bonis operibus cœleſtem Patrem glorificare. *Matt. 5* Iubilatur in purgatorio, quoniam parentum, cognatorum, amicorumuè animę, pręter commune charitatis gaudium cum cernunt filiorum, eorumquè, quos vehementer dilexerant, animas à pœnis illis in cœlum efferri, gaudio magno afficiuntur.

2. VERVM ſecunda huius nominis deriuatio eſt, quòd (vt non nullis placet) *Io. baptiſta Paul.* trahatur à voce Iobal, quæ latino idiomate, magnus Dei ſcilicet annus poſſe interpretari dicitur; vt ſignificetur IVBILEI annus ceteris omnibus eſſe dignior, tum quia ſit magnus, tum quia ſpeciatim Dei eſſe aſtruatur. Et reuera quia eſt magnus; non quidem quòd ſit aliis diuturnior, cum ex duodecim menſibus cōſtet, ſicut & ceteri omnes; ſed ob magnum theſaurum, qui tunc pręcipuè communicatur; ob magnas indulgentias, quę tunc temporis condonantur; ob magna debita, quę ſoluuntur; ob magnas pœnas, quę dimittuntur; ob magnam eorum multitudinem, qui iuſtitia donantur; ob magna opera, quæ patrantur; nec nō ob magnum animarum numerum, quę ex purgatoriis pœnis eripiuntur.

SED numquid non eſt verè magnus ſacri IVBILEI annus, ſi eſt tam ſublimis, tam profundus, tam latus, tam longus? His quippè dimenſionibus res conſueuere magnę nuncupari. Dicitur enim mons ob ſublimitatem magnus. *Dan. 2.* Magnum chaos ob profunditatem. *Luc. 16.* Campus magnus propter latitudinem. *1. Mac. 5.* Et magna via propter longitudinem. *3 Reg. 19* At nunquid non ſublimis eſt annus hic ob ſingularem cœleſtium bonorum repræſentationem; contemplationem, deſiderium, atque adeptionem? Nunquid nō eſt profundus, ſi in ipſius figuris, vaticiniis, ac cęremoniis tot latent myſteria? Nunquid nō latū illū exiſtimabis, ſi tunc tam largę diſtribuuntur eleemoſynę, tam larga conceditur abſoluendi, commutādi, diſpenſandiquè poteſtas: & ad currendum in via mandatorum Dei tātum dilatantur Chriſtianorum corda? *Pſ. 118.* Nunquid non eſt longus, ſi quantum ad præteritū tēpus attinet, vel in innocentię ſtatu eſſe cœpit; & quod ſpectat ad futurum, Eccleſiæ deerit numquàm; & in iis, quę ex ipſo prodierint, effectis, eſt perpetuus?

EST quoque Dei annus, non ſanè propterea quòd ceteri anni ipſius Dei non ſint, ſed quia prę aliis eum fecerit digniorem, quemadmodum & de excellentiori quodam die dixit ,, Propheta: Hęc dies, quam fecit *Pſ. 117.* ,, Dominus: Exultemus, & lętemur in ea. Eſt ergo verè Dei annus, quoniam IVBILEI tempore magis

cogno-

cognoſcitur, colitur, exaltatur, ho-
noratur, magiſquè quàm quouis alio
Matth. 5 tempore gloria ornatur Deus. Tunc
namquè ſic lucet iuſtorum lux, ut ho
mines alij uideant eorum bona ope-
ra, & ipſum Patrem noſtrum, qui in
cęlis eſt, glorificent. Verè Dei annus,
quoniã cùm Deus ipſe IVBILEI
tempeſtate plura dimittat peccata,
plures condonet pœnas, plura debi-
torũ chirographa deleat; ſe exhibet
ſolitò benigniorem, liberaliorem,
Pſ. 101 magiſquè miſericordẽ; unde & mi-
Eſa. 61 ſerendi tempus, & placabilis, & be-
Pſ. 64 nignitatis Domini annus in ſacris li
teris, ut alias diximus, IVBILEI
tempus nuncupatur.

3 AT tertia huius nominis inter-
Caiet. in pretatio, vt inter alios Caiet. in Leuiti
Leuit. 25 cum docet, eſt annus germinis. Quo
in loco animaduertẽdũ eſt, annũ qua
tuor diuidi partibus; nimirũ, Vere,
Aeſtate, Autumno, & Hyeme. Ea-
rum autem duæ placent, alterę diſpli
cent; duæ oblectãt, alteræ affligunt.
Oblectant ſanè ver, & æſtas; illa per
pulchra rerum facie, hæc diuitijs;
illa floribus, hæc fructibus. Sed af-
fligunt autumnus & hyems; ille im-
bribus, hic niuibus; ille humidi-
tate, hic frigiditate; ille quia va-
rios aggenerat morbos, hic quia eos
conſeruat, & auget. At annus hic
periucũdus ac fœliciſſimus nequè au
tumnum habet, neque hyemem; cũ
tamen nec momento quidem bre-
uior ſit quàm ceteri: ſed uere tantũ
atque æſtate perficitur: id quod Pro-
phetam à Spiritu ſancto edoctũ aper
tè inſinuaſſe crediderim. Nam, cũ de
huius anni partibus ageret, has duas
dumtaxat illi aſſignauit, cum dixit:
Pſal. 73 ,, Aeſtatem & uer tu plaſmaſti ea.
Quo in loco explorandi occaſionẽ
præbuiſſe uidetur; cur IVBILEI
annus debeat & annus germinis in-
terpretari. Eà autem ratione id fieri
exiſtimarem, quod germinare uer-
no præſertim tempori, atque æſtiuo
cenſeatur congruere. Id autem laten
ter innuit, qui cecinit:

Ver pingit uario gemmantia prata colore: Additi. Verg.
Ignea veſtit agros culmis cerealibus æſtas.

Dicitur ergo iuxta hanc interpreta-
tionem IVBILEI annus, annus
germinis; perinde ac ſi diceretur:
IVBILEI annus numquam non
germinare, numquam nouas plan-
tas, nouos flores, nouoſquè nõ pro-
gignere fructus. Porrò nouæ plantæ
ſunt Chriſtiani illi, qui ad Deum,
hoc potiſſimùm tempore redeunt:
quiquè efficiuntur veluti arbores cõ
ſitæ ſecus riuos aquarum, quæ teſte
Propheta, fructum ſuum ſuo reddũt Pſal. 1
tempore. Noui autem flores eorum
noua eſt uita, qui Chriſto bonus 2. Co. 2
odor ſunt, quiquè nouum hominem Ephe. 4
induunt, nouoſquè mores oſten-
dunt: de quibus in Canticis ſcriptũ
,, eſt: Flores apparuerunt in terra Cant. 2
,, noſtra. Noui verò fructus eorun-
,, dem ſunt noua opera: Bona enim
,, arbor (ait in Euãgelio Dominus) Matth. 7
,, bonos fructus facit.

VT autem hoc, nempe quod hic
annus iure annus germinis interpre
tetur, adhuc magis pateat, animad-
uertendum eſt, quatuor ad germina
tionem neceſſario requiri, ſcilicet,
terram, ſemen, aquam, & ſolem.
Nam ſol uſque adeo eſt neceſſarius,
ut ſine ſole (quod iugi experimento
fit cuique manifeſtum) terra omni-
no ſterilis ſit, prorſusquè infructuo-
ſa. Hinc Philoſophus rerum gene- Ariſt.

„ ratione ſoli aſcribit, cum ait: Sol,
„ & homo generant hominem.
Aqua verò tam neceſſaria eſt genera
tioni, ut inter philoſophos non de-
fuerint, qui eam rerum omnium do-
cuerint eſſe principium. Et hi fuere
Tales. Tales, Heſiodus, & Homerus. Por
Hexiodus. rò ſine ſemine nihil vnquam pro-
gigneretur. Vnde, nec quæ ex putri
Homerus oriuntur materia, niſi in ea ſemina-
tiua uirtus lateret, vt philoſophi ſen
tiunt, produci minimè poſſent. Tan
dem terra tam neceſſaria eſt cuiuis
productioni, ut mater omnium paſ-
ſim conſueuerit appellari. Id quod
optimè intellexit Lu. Iunius Brutus:
qui cum Delphos cũ iuuenibus qui-
buſdam regijs adiiſſet, audiſſetquè
illum Romæ ſummam habiturum
poteſtatem, qui prius matrem exo-
ſcularetur; ipſe primus, ceteris id
nequaquam intelligentibus, terram
exoſculatus eſt.

ATQVI in ſpirituali germina-
tione hæc quoque neceſſario requiri,
nemo, credo, inficiabitur. Terra
quippe ſunt, qui terrena ſapiunt,
quiquè terrenarum rerum tenentur
amore; propterea quòd metamor-
phoſi quadam in terram permutari
D. Aug. uideantur. Talis enim eſt unuſquiſ-
que, qualis eſt amor eius. *Si terram*
diligit, terra eſt. Vnde non mirum
Deut. 32 quòd in ſacris literis terræ appella-
Eſa. 1 tione nõnumquã deſignentur. Por-
Hier. 22. rò ſemen, quod ad ſpiritalẽ exigitur
germinationem, in parabola de ſe-
minatore à Saluatore noſtro expli-
catiſſimè declaratur, ubi dicitur:
Luc. 8 „ Semen eſt verbum Dei. Aqua ve-
rò, quæ pariter huic germinationi
cenſetur neceſſaria, illa eſt, de qua à
Pſ. 147 „ Propheta dicitur: Flauit ſpiritus
„ eius, & fluent aquæ. Ea autem eſt
humani cordis compunctio. Tan-
dem ſol, ut aliàs ex Malachia dice- *Mala. 4*
bamus, Chriſtus eſt, qui huic ger-
minationi tam neceſſarius eſt, ut
„ meritò dicat: Sine me nihil pote- *Io. 15*
„ ſtis facere. Si igitur terreni homi-
nes, maximè IVBILEI anno di-
uini uerbi ſemine, copioſius effica-
ciuſque quàm vmquam antea ſuſce-
pto, ac pænitentiæ, compunctioniſ-
què aqua largius irrigati, clariſſimo
iuſtitiæ illuſtrius corruſcãte Sole, eo-
rumquè uiſcera magis calefaciente,
fructus pænitentiæ longe plures ube
rioreſquè ferunt; nonne ipſius IV-
BILEI annus iure optimo annus
germinis appellatur?

4. QVARTA demum huius no
minis interpretatio, vt inter alios hi- *Mag.*
ſtoriarũ Magiſter docet, & ex ſacro *Hiſt.*
Leuitici textu perſpicuè habetur; cũ *Leuit. 25*
à voce Iobel, quæ latino ſermone etiã
remiſsionẽ ſonat, deducatur; eſt remiſ
ſio. Quo fit, vt IVBILEI annus,
annus remiſsionis rectè interprete-
tur. Sed quoniam ad aperiendam, de-
monſtrandãquè ipſius IVBILEI
præſtantiam, nõ parum proderit in-
terpretationem hanc latiori, diligen-
tioriquè diſcuſsione ponderaſſe: ſpiri
talia verò & intelligibilia, vt Ariſtote *Ariſt.*
les tradit, & nos loco alio fortaſſe elu
cidabimus, non niſi corporalium ac
ſenſibilium ſimulachris percipi poſ-
ſunt, ſcire vtique oportet, plures ſpi-
rituales remiſsiones, quemadmodũ
& corporales, inueniri. Sunt autem
corporeæ, ac ſenſibus obuiæ, quod ne
mo vmquam negaret, remiſsiones
iſtæ, ſcilicet ex carceribus educi, à la-
queis ſolui, ex ſeruitute eripi, atque à
debitis liberari. Spiritales ergò re-
miſsiones, ſi quis accuratius inſpe-
xerit, totidem eſſe intelliget. Ea enim
eſt

eſt criminum natura, vt infelicem ho
minem, vbi in peccata corruerit, in
carcerem, ſaltem poſt hãc vitam, plu-
ries coniiciant; vinculis obligent; ſer
uum conſtituant; nec non etiam de-
bitis quamplurimis obſtringãt. Hinc
Eſa. 42. „ ſcriptum eſt: Dedi te in fœdus po
„ puli, in lucem gentium, vt educas
„ de domo carceris ſedentes in tene-
Pſ. 119. „ bris. Dirupiſti vincula mea, tibi
„ ſacrificabo hoſtiam laudis, & no-
Ioa. 8. „ men domini inuocabo. Qui facit
„ peccatum, ſeruus eſt peccati:
Luc. 7. „ Duo debitores erant cuidam fœ-
„ neratori.

EST igitur annus IVBILEI, annus remiſsionis; quoniam ea pręcipuè tempeſtate, vt ſupra dictum eſt, plures ſolitò animæ ex purgatorij ergaſtulo eripiuntur. Ex criminum laqueis dimittuntur liberi, quot quot à peccatis ſoluuntur. A ſeruitute eruuntur, qui à peccato in ſtatum gratiæ reducuntur. Denique illis omnibus, qui ſacrum celebrauerint IVBILEVM, vniuerſa debita dimittuntur. Quo fit, ut iure optimo IVBILEVS remiſsio, & IVBILEI annus, remiſsionis annus interpretetur.

VERVM, vt idipſum adhuc magis pateat, attendendum eſt, hominem peccatorum vinculis obligatũ debitorem eſſe propriæ conſcientiæ,
Ro. 2. quę die noctuque ſuam expoſcit quie
tem. Proprij ſacerdotis, cui uniuerſa
Luc. 5. delicta, citra excuſationem ullam, cõ
fiteri diuino iure tenetur. Proprij An
Matt. 19 geli, propterea quòd eius monita ſe-
qui noluerit. Dei autem Op. Ma.
Matt. 18 efficitur debitor, tum quòd in ingra
titudinis vitium incurrerit, tũ quòd ipſius præceptis noluerit obtemperare. Quòd igitur IVBILEI annus, tempus ſit remiſsionis, ex hoc quoq; colligi poteſt; quòd tunc debita omnia deleantur. Dimittitur quippè tũc conſcientiæ debitum; quoniam vbi quis eo modo, quo eum decet, IVBILEVM lucratus fuerit, ipſa illicò quieſcit; neque reprehendere, neque accuſare, neque cruciare mox valet. Dimittitur debitum cum ſacerdote; quoniam ſi vmquàm à chriſtianis hominibus fiunt generales, ſimplices, abſolutiſsimæquè confeſsiones, eo ſanè tempore fieri dignoſcuntur. Dimittitur debitum cum Angelo; quoniam eum, qui IVBILEVM congruenter celebrat, vehementer pœnitet, quòd Angeli ſui elapſo tempore monitis non acquieuerit, ſequè ei in poſterum obſequuturum pollicetur. Denique cum Deo quoque debitum omne deletur, quoniã, eo præſertim tempore, culparum, pœnarumquè debita, illa quidem pœnitentiæ ſacramento, hęc autem pleniſsimæ indulgentiæ munere, dimittuntur. Quòd ſignificare voluiſſe videtur Rex ille benigniſsimus, æquè ac liberaliſsimus, cum debitori cuidam maximo
„ dixit: Omne debitum dimiſi tibi: *Matt. 18*
„ quoniam rogaſti me. Quoniam igitur ſacri IVBILEI etymologię multis verè admirabilibus refertæ ſunt myſteriis (neque enim cuncta detegere potuimus) quæ ipſius indicant naturam; ſanè de preclariſsimi illius dignitate nemini hęſitare licet. Sed ad alia tranſeamus.

Quòd Iubilei annus ſit digniſsimus, quia ingentis eſt cauſa lætitiæ.

Cap. 5.

QVAMVIS autē paulò ſuperius argumento à communi lætitia eruto, IVBILEI prȩſtantiam ſuadere conati ſimus, nihilominus nequaquam aut fruſtra laboraſſe, aut (quod prouerbio dicitur) actū egiſſe uidebimur, ſi rurſus pariter a communi gaudio, non quidem reſpectu locorū, ut antea fecimus, ſed perſonarum potiſſimum ratione, id ipſum comprobare ſtudebimus.

CVM igitur ea ſit cauſarum natura, ut ab ea, quæ magis egregia fuerit, excellentiores proueniant effectus; ſicuti contrà ab ea, quæ non fuerit tam eximia, minus digni (homo enim hominem generat, & plantam planta producit) aſſeuerandum planè videtur, magna quoque debere eſſe, quæ haud parum præſtant lætitiæ, quæque vehementer oblectant; qualia vtique eſſe putantur, ingentes diuitiæ, pręclara dominia, pinguiores cenſus, magni honores, & id genus complura. Erit ergò verè magnus, ac planè digniſsimus IVBILEI annus; ſi peccatoribus, iuſtis, Angelis, quinimò Patri, Filio, atque Spiritui ſancto magnā afferre lætiam comprobabitur.

CETERVM, vt hæc, quæ aſſerimus, luce ipſa clariora, ne dum vera, ac certa eſſe demonſtremus; meminiſſe oportet filios Iſrael (vti in *1. Mac. 4* Mach. primo legitur) è Gorgiæ manibus ereptos, tam ingenti effectos eſſe lætitia, vt templi faciem coronis aureis, atque ſcutulis exornauerint:
„ Et facta eſt, inquit, lætitia in po-
„ pulo magna valdè. Rurſus neceſſum eſt ad memoriam reuocare, mulierem illam euangelicam, *Luc. 15.* vbi pretioſam, quam amiſerat, reperit dragmam; præ gaudij magnitudine conuocaſſe amicas, atque vicinas; vtque ſecum congratularentur, inuitaſſe. Item præ oculis habendum eſt, *1 Reg. 17* quanto putandi ſunt exultaſſe gaudio, qui Dauidem cum Goliat pugnaturum inſtruxerunt, vbi eum poſtrato, deuicto, interemptoquè tam feroci gigante, tanta cum gloria redeuntem viderunt. Sed illud quoque cogitandum *Gen. 8.* eſt, columbam à Noe ex arca dimiſſam, cū iam deſiccatas vidiſſet aquas, lętam ad illum rediiſſe, atque in tantæ lætitiæ ſignum uirentis oliuæ ramum attuliſſe. Neque obliuiſcēdum eſt, euangelico paſtori, cum reperiſſet, *Luc. 15.* quam tanto labore quæſierat, errantem ouem; non ſat fuiſſe gaudere, niſi amicos quoque conuocaſſet, vtque vnà ſecum exultarent deprecatum eſſe. *Luc. 15.* Tandem reminiſci oportet perbenignum, ac permiſericordem prodigi parentem in filij reditu tanta exultaſſe lętitia, vt & lautum conuiuium parari, & familiam omnem epulari, & gaudere iuſsiſſet.

SED qui nam ſunt filij Iſrael, qui è Gorgiæ manibus erepti tāta exhilarantur exultatione, niſi Chriſtiani, qui ex diaboli eruti poteſtate, mirum in modum lętantur? Quæ nam eſt mulier illa, quæ ob repertam dragmam tanta afficitur voluptate; niſi pia iuſtorum congregatio, quæ, peccatrice anima ad Deum redeunte, nō valdè lętari non poteſt? Qui ſunt pa-

troni illi, qui cum inſtruxiſſent Da-
uidē, eique ſemper affuiſſent; tāto ob
ipſius victoriam repleti ſunt gaudio,
Pſal. 90. niſi Angeli lucis, quibus mādatū eſt
de homine, vt eū cuſtodiāt in omni-
bus viis ſuis: quibuſque propterea in
gens gaudium eſt, vt in ſacro euan-
„ gelio dicitur, ſuper vno peccatore
Luc. 15. „ pœnitentiam agente? Quid verò
columba illa deſignat, niſi Spiritum
Matt. 3. ſanctum, qui & in columbæ ſpecie
viſus eſt; quique ob Chriſtianorum
pœnitentiam dubio procul lætatur;
quemadmodum ob eorundem ſcele
Eph. 4. ra, teſte Paulo, cōtriſtatur? Vnde aquis
Pſal. 68. illis, quę vel ad animam vſque pene-
trare dicūtur, fundiius exſiccans, ſub
latis videlicet criminibus, lætus ad
hominem redire; atq; victoriæ, ideo-
que & lætitię ſignum deferre perhibe
tur. Sed quis eſt paſtor ille tam beni-
gnus, & miſericors; vt tot ſudoribus
perditam ouem requirat, eaque re-
perta, tam grandi perfundatur læti-
Io. 10. „ tia; niſi ille, qui dicit: Ego ſum pa
„ ſtor bonus, qui pono animā meam
„ pro ouibus meis? Quis demum
eſt prodigi pater, qui tanto gaudio
filium excipit redeuntem, ac tam pin
gui conuiuio illum dignatur; niſi pa-
3. Cor. 1. ter ille miſericordiarum, ac totius
conſolationis Deus, qui quemlibet
reſipiſcentem peccatorē, tametſi cun
cta ipſius dona profuderit; ne dum
recipit, ſed præ alacritate illum am-
plectitur, atque exoſculatur? Cum
igitur ſanctus IVBILEI annus tā
ingentis ſit cauſa lætitiæ, tam vehe-
menter exhilaret non homines mo-
dò, ſed & Angelos; non creaturas tan
tum, ſed & Creatorem, nempe Pa-
trem, Filium, & Spiritum ſanctum
(quòd nulli alij conuenire poſſet, vt
ex iis quæ hactenus diximus, & quæ
mox dicturi ſumus, apertè patet)
quis dubium habere poſſit, quin præclariſsimus ſit, atque digniſsimus?

Quòd Iubilei dignitas ex cæremonijs, quæ ipſius cauſa fieri ſolent, apertè demonſtretur.
Cap. 6.

VERVM ſanè eſt, ſacras Eccleſię cæremonias, quibus diuinus exoluitur cultus, hominibus, vt alio quoque loco docuimus, perutiles eſſe; tum quia eo modo, dum corporeis ac ſenſibilibus rebus, quibus lōgè præſtantiores ſunt, liberè ſubiiciuntur, ſe ſe humilitate deiiciunt; tum quia hac ratione diuinæ maieſtati ſe exhibent famulos, quemadmodū corpore quoque nonnumquàm illam offendunt: nihilominus præcipuus, vt mihi quidem videtur, earūdem cæremoniarum fructus (cuius præſertim cauſa à Spiritu ſancto inuentæ ſunt, ab Apoſtolis inſtitutę, & pro Eccleſię neceſsitate, à Sanctis ceteris auctę) eſt, vt ad illorum, quæ ſub ipſis teguntur, contemplationem arcanorum homines alliciantur; qui quidem, cum cognitionem omnem ſenſuum munere acquirant, ad intelligibilia ac ſpiritalia capeſſenda non niſi ſenſibilium, corporearumque rerum adminiculo conſcendere queunt. Sed, vt quod dicimus,

patcat

pateat euidentius, Sacri Tridentini Concilij, vbi de Miſſæ ſacrificio loquitur; verba ſubiiciamus. Sic enim habet ſeſſione vigeſimaprima, cap. 5.
,, Cumquè natura hominum ea ſit,
,, vt non facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli: propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, ut ſcilicet quædã ſummiſſa voce, alia verò elatiore in Miſſa pronunciarētur, inſtituit. Cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, ueſtes, aliaquè id genus multa ex Apoſtolica diſciplina ac traditione, quo & maieſtas tanti ſacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis ac pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur. *Conc. Triden. ſeſ. 21. c. 5* Verùm, ne longius à propoſito noſtro tranſeamus, ſi perpulchras illas, myſterioſiſſimaſquè, quæ, & cum indicitur, & cùm inchoatur, atque cum terminatur ſacer IVBILEVS, fiunt; puro, ſyncero, atque chriſtiano pectore contemplati fuerimus cæremonias, admirandam eius dignitatem dubio procul agnoſcemus. Igitur ceteris omiſſis hæc tantum quinque, quæ præſtantiora videntur, cæremoniarum genera diligētiori examine perpendamus.

1. QVORVM primum eſt, quod appropinquante iam ſacri IVBILEI anno, in iocundiſſimo admirabilis Aſcenſionis Domini noſtri die, non abſque magna ſolemnitate in D. Petri Eccleſia; atque tàm latino, quàm vulgari, communiquè ſermone, in duobus ſuggeſtibus ſummorum Pont. leguntur diplomata, quibus ſacer indicitur IVBILEVS. Mox quatuor Vrbis locis affiguntur. Nuntiatur ergo ipſo Aſcenſionis die IVBILEVS; non quidem ea tantũ de cauſa, quia Deus IVBILEI anno ſeſe benigniorē præſtiturus ſit, quemadmodum & cœlũ Aſcenſionis tempore ſerenius, magiſquè atris nubibus cernitur expurgatum; ſed etiam quia non parũ videatur ea die delineari IVBILEVS, vt ex plurium à ſeruitutis iugo liberatione, ex magnifica munerum largitione, atque ex communi fideliũ lætitia ſuaderi poteſt. Ea enim die cum Propheta canitur in Eccleſia, quod aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxerit captiuitatem: *Pſal. 67* Quòd dederit dona hominibus: *Pſal. 67* Quòdquè in iubilo, & in uoce tubæ in cœlum aſcenderit. *Pſal. 67* In eccleſia autem D. Petri annuntiatur, tũ quia iuxta Dominicam promiſſionem,
,, qua dictum eſt: Tu es Petrus, &
,, ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã: *Matt. 16* Chriſti eccleſia ædificata eſt ſuper Petrũ; tum quia primus fuit fundator Romanę Eccleſię; tum etiã quia illius theſauri, qui IVBILEI anno ſumma cum liberalitate erogatur; D. Petro, eiuſquè ſucceſſoribus, *Matt. 16* quibus illius claues collatæ ſunt, credita eſt diſpenſatio. Duobus verò ſuggeſtibus hac ratione (ut ego ſentio) IVBILEI leguntur diplomata, quòd cùm Chriſtiani omnes, iuxta D. Pauli in epiſtola ad Ro. doctrinam, *Ro. 12. 10* duobus cōtineantur populis, Iudeo ſcilicet & Grçco, IVBILEVS pro vtriuſquè inſtitutus ſit ſalute. Porrò latino ac materno idiomate diplomata illa publicantur, non tantum vt à doctis pariter & indoctis, ab Ita

lis in

lis inſimul & ab alijs, quot quot latino vtuntur ſermone, probè intelligantur; verum etiam vt aliorum quoque idiomatum cuncti homines (alio enim modo apud quoslibet loquuntur periti, alio verò imperiti) hoc ſibi quoque concedi cognoſcãt. Moxquè in quatuor Vrbis ſingularibus locis IVBILEI affigi iubentur diplomata, vt ſignificetur Chriſtianos quoslibet à quatuor mundi plagis, ſcilicet ab Oriente, ab Occidente, ab Auſtro, & ab Aquilone Romã ad ipſius IVBILEI peragenda ſolemnia conuocari.

2. SECVNDVM verò cæremoniarum genus eſt, quòd vbi tempus, quo inchoari debet ſanctus IVBILEI annus, aduenerit; in natiuitatis Domini vigilia mirabilis inſtituitur proceſſio, communiſquè ſupplicatio, ad quam, præter ingentem vtriuſque ſexus multitudinem, conueniũnt omnes Principum Oratores, omnes Romanæ curię præpoſiti, omnes Vrbis Magiſtratus, ſacrum illuſtriſsimorum Cardinalium collegiũ, nec non ſanctiſſimus Chriſti Vicarius Pont. Max. Inchoatur ergo in natiuitatis Domini noſtri vigilia IVBILEVS ea præſertim de cauſa, quòd veteris legis ſtatus, cuius imaginem gerit ſacri Aduẽtus decurſus, (hanc enim ob rem Meſſiam tunc inuocamus, vtquè iam veniat, iis, ac ſimilibus verbis deprecamur: Do- Eccl.
„ mine præſtolamur aduentũ tuum,
„ vt citò venias, & diſſoluas iugum
„ captiuitatis noſtræ) iam ſuum aſſecutus ſit terminum: ac propterea quẽadmodum pro ſynagoga habemus eccleſiã, pro prophetis Apoſtolos, pro ſacrificiis ſacramẽta, et pro lege euangelium; ita etiam opus ſit, vt pro veteri IVBILEO ſubrogetur, colaturquè eo potiſſimum tẽpore nouus. Vnde, cum ipſius IVBILEI virtute, vt ſuo loco dicetur vberius, auferantur iniquitates, mundanus ſeruiliſquè timor procul pellatur, & diuinum gratiæ regnum, quod in dominica oratione petimus aduenire, *Matt. 6.* extendatur, latumquè videatur ſumere incrementum; non ſine ingenti lętitia, magnoquè iubilo canitur:
„ Iudæa & Hieruſalem cras egredie- *Eccleſia.*
„ mini, & Dominus erit vobiſcum.
„ Rurſus: Craſtina die delebitur ini-
„ quitas terræ, et regnabit ſuper nos *Eccleſia.*
„ ſaluator mundi. Porrò proceſſio illa inſignis celebratur, vt hinc agnoſcatur quanta charitatis cõcordia conari deberent, quicumque præclariſſimo Chriſtiani nomine gloriantur, vnà cum ſuo ipſorum Pręſide, Pontifice videlicet Romano, illius ſanctiſsimi anni, atque ſacri IVBILEI Romæ intereſſe ſolemniis.

3. SED tertium cæremoniarum genus eſt, quòd Summus Pontifex ſacris indutus veſtibus magna cum maieſtate ad ſanctam Diui Petri portam procedens, malleumquè tenens eam tribus ictibus aperit. Quo in loco non inane fuerit diligenter animaduertiſſe, portam illam haud immeritò ſanctitatis nomine inſigniri. Quicumque enim per eam, uti conuenit, ingrediuntur, à peccatorum omnium inquinamentis dubio procul emundentur. Scriptum namque
„ eſt: Hæc porta Domini, iuſti in-
„ trabunt in eam. Et eodem in loco:
„ Aperite mihi portas iuſtitiæ, & in-
„ greſſus in eas confitebor Domino. Neque enim ignoramus hæc ſacræ ſcripturæ loca in ipſius portæ reſeratione à Summo Pont. decantari, atque

que propterea non inepte in hanc ſententiã vſurpari poſſe. Si ergò per eam ritè ingredientes à criminũ ſordibus expiantur; ſi iuſti tantum per ipſam pariter intrare debẽt; etſi propterea porta iuſtitiæ nuncupatur (neque obſtat ſacri eloquij tropus, quo plurali numero pro ſingulari utimur) nonne ſancta congruenter nuncupatur? Sed eam quoque ob rẽ ſanctitatis nomine appellatur, quòd ſupernæ ciuitatis aditum, vt alio loco dicetur latius, ceu figura quædam inſinuare videatur. Cum autem ciuitas illa tam ſancta ſit, vt nihil coinquinatum, nihil immundum, ſicut in Apocalypſi dicitur, in eam ingredi poſſit, atque ſancta ſanctorum nonnumquam appelletur; cumquè propterea & ipſius portæ maxima ſint ſanctitate præditæ; iure ſanè factum eſt, ut porta illa ſancta nominetur. Tandem hac quoque de cauſa eo nomine illam deſignari crediderim, quòd ſpeciali benedictione, luſtralis aquæ (quam benedictam merito nuncupamus) aſperſione, aliiſquè diuinis ritibus, vt ex cæremonijs, quibus anno 1525. cum eam claude ret, vſus eſt Clemens huius nominis vij. elici poteſt, materia illa, qua clau denda eſt, Deo Opt. Max. dicatur. Quo fit, vt nemini mirum eſſe debeat, ſi Chriſtianorum plerique per eam ingredi non audeant, niſi prius genuflexi pias preces effuderint: ſi poſtes religioſe deoſculentur: ſi lapides, lateres, calcem, vbi aperitur, tanta pietate colligunt, ſerico inuoluunt, lætiquè domũ deferunt. Quæ enim Deo dicata fuerint, ut ſupra comprobatum eſt, ſancta ſunt, ſuaquè propterea veneratione digna.

Apoc. 21
Heb. 9

APERITVR autem porta illa in ipſius anni ſancti inchoatione, primo quidem, vt intelligatur eo anno nulli non patere eccleſia; nulli, ſi IVBILEVM lucrari velit, eius ingreſſus denegari. Cum enim apud Chriſtianos olim in vſu fuerit, quod & alio loco dictum eſt, & in ſacris canonibus fieri præcipitur; vt quicumque in grauiora quædam prolaberentur facinora, ex eccleſiæ limitibus pellerentur, & quouſque de mandatas pœnitentias abſoluiſſent, ipſius eccleſiæ ingreſſus penitus interdicerentur. Vbi uerò eas peregiſſent, ſicque ſcelera illa exiſtimari poſſent expiaſſe; ad Eccleſiam redire, atque in eam ingredi permitterentur. Quia ergo eiuſmodi pœnitentiæ, præſertim IVBILEI anno, cunctis, qui illis obnoxij eſſent, dimittũtur, vt extrinſeco quoq; ſigno demonſtrentur; porta illa iure optimo omnibus aperitur. Id quod & à Sophonia propheta ſignificari uidetur, cum ait: Et erit in die illa, di„ cit Dominus, uox clamoris de „ porta piſcium. Piſcium quippe nomine Chriſtianos quandoque intelligi debere ex parabola ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, non obſcurè colligitur. Rurſus ea quoque id fieri ratione exiſtimarem, nimirum, ut ditiſſimus Eccleſiæ theſaurus IVBILEI tempore largius erogari deſignetur. Certum namque eſt, materialem eccleſiam, ſpiritalem modo aliquo deſignare. Vnde, præter id quòd non deſunt qui, quæ illius ſunt propria, huic myſticè conuenire contendant; D. Auguſtinus in ſermone quodam, qui in Eccleſiæ Dedicatione legitur, ait: „ Quotieſcumque fratres chariſſi„ mi altaris, vel templi feſtiuitatem coli-

Soph. 1
Matt. 13
D. Aug.

colimus? Si fideliter ac diligenter attendimus, & ſanctè ac iuſtè viuimus, quicquid in templis manu factis agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione cõpletur. Non enim mentitus eſt ille, qui dixit: 1. Cor. 3 Templum Dei ſanctum eſt; quod eſtis vos. Quia ergo in ſpirituali Eccleſia theſaurus ille maximus, Chriſti Saluatoris noſtri, & Sanctorum meritis cumulatiſſimus, vt aliàs rationibus haud infirmis confirmatum eſt, inueniatur; optima ſanè ſtatutum eſt ratione, vt materialis Eccleſiæ, illius præſertim quæ citra controuerſiam digniſſima eſt, porta eo anno reſeretur, quo theſauri illius inſolita indiceretur diſtributio. Poſtremò ſi ob commiſſa crimina, & ob pœnas propterea ſubeundas, cœli ianua, vt ex his, quæ poſt commiſſum (Gen. 3) ſcelus protoparentibus euenere, & (Matt. 25) ex fatuarum virginum parabola cõprobatur, omnibus intercluditur; ſacri autem IVBILEI virtute, vt inferius latiſſimè apertiſſimequè dicetur, vtraque dimittuntur atque iccirco cœli ianua illis, qui IVBILEI participes effecti fuerint, ſic reſeretur, vt ſi in eo ſtatu ex hac vita migrare (Luc. 16) contigerit, cum Lazaro quondam paupere, in fœliciſſimum Abrahæ ſinum deferantur ab Angelis; reuera, vt id quoque indicaretur, porta illa eo tempore debuit aperiri.

PORRO à ſummo totius Eccleſiæ Antiſtite porta ſancta reſeratur, vt ſignificetur ipſum tantùm illius ditiſſimi theſauri habere claues, eiuſquè ianuam aperire, & quatenus expedire ei videtur, ex eo ſubditis ſuis elargiri poſſe. Quo fit, ut non incongruè, quantum ad rem hanc, (Apoc. 3) de ipſo dici poſſit: Aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Rurſus, ſi materialis Eccleſia, vt ex iis, quæ in ipſius Dedicatione, dedicationiſquè ſolemniis leguntur, colligi poteſt, modo quodam ſupernam ciuitatem adumbrat; Petro autem, eiuſquè ſucceſſoribus illius cœleſtis Ciuitatis à Domino collatæ fuerint claues (ei namque dictum eſt: (Matt. 16) Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam &c. Et tibi dabo claues regni cælorũ) nonne ratio poſcit, ut ille huius templi portam aperiat, cui collatæ fuere ipſius cœleſtis regni claues?

NEQVE autem putandum eſt, abſque myſterio porta illa tribus ictibus à Pontifice Max. ſacri IVBILEI tempore aperiri. Primò enim id arbitror ea fieri ratione, vt ſignificetur Sum. Pont. theſaurum cunctis Chriſtianis eo tempore communicaturus. Nam ſi totus terrarum orbis, communi coſmographorum conſenſu; tribus partibus, nimirum Europa, Africa, & Aſia, diuiditur, & in his omnibus Chriſtiani aliqui inueniuntur; profectò, cum ſacer IVBILEVS cunctis, qui Chriſto nomen dedere, vt alio loco probatum eſt copiosè, condonari debeat, eiſquè propterea ditiſſimus ille theſaurus omnibus impartiri, non irrationabiliter ſtatutum eſt, ut totidem percuſſionibus ianua illa in ipſius IVBILEI anni exordio cunctis, quot quot adeſſe poſſent, ſpectantibus reſeretur. Deinde cũ ſuperius demonſtratum ſit tam admiranda eſſe ſacri IVBILEI ſolemnia, ut eius cauſa, qui in cœlo, & qui in terra, nec non & qui in purgatorio ſunt, maximò afficiantur gaudio; ſicquè tribus perſonarum generibus idem pretio-

ſum eccleſiæ ærarium modo aliquo erogetur; id quoque ſenſibili quodam ſigno innueretur, porta illa trina malleis percuſſione conuenit aperiri. Sed ſi abſque fide, ſpe, & charitate prædictus indulgentiarum theſaurus impoſſibile eſt cuiquam communicari; nequaquam inaniter philoſophari cenſendus eſſet, qui diceret, idcirco etiam eadem porta tribus ictibus patefieri; quo, quid ad ipſius theſauri participationem potiſſimũ requiratur, inſinuetur.

4. QVARTO verò loco pſalmi, hymni, & antiphonæ quædam ex diuinis depromptæ eloquijs interim magno iubilo à clero decantantur; non ſolùm eam ob rem, vt inſinuetur quanta angelorum, cæterorumquè ſanctorum lætitia in triumphante eccleſia ſacer recolatur IVBILEVS; aut ea de cauſa, vt quicumque cæremonijs illis præſentes fuerint, rectè intelligant, quàm religioſè ac piè debeat in militante eccleſia à Chriſti fidelibus celebrari; ſed ob illam maximè, vt diuina eiuſdem IVBILEI ſignificentur, atq; agnoſcantur myſteria.

VERVM, cùm quatuor eccleſias, vt quarto docebimus libro, viſere iubeantur quicumque IVBILEI participes fieri concupiſcunt; & in earum qualibet porta illa, quæ meritò ſancta dicitur, debeat aperiri; ad hoc exercendum munus (propterea quod qui per alium facit, vt ex
Ariſt. Ariſtotele, dicitur, De regulis iuris,
De Regu per ſe ipſum facere videatur) ſuos
lis Iu. deſtinat legatos, ut hoc quoque pacto, & maxima prorſuſquè inſolita ipſius theſauri inſinuetur erogatio: & eos omnes, præſertim qui eccleſias illas adierint; ſanctorum meritis, quemadmodum in ſua Extrauagante innuit Bonifacius viij. ditiores Ext. Antiquorũ.
fieri deſignetur.

5. QVINTVM demum cæremoniarum genus eſt, quod porta illa, quæ adueniente IVBILEI tempore à Summo Pontifice aperiri conſueuiſſe dicebatur, ipſius IVBILEI anno peracto, non abſque ſolennitate clauditur ab eodẽ. Quòd his de cauſis fieri crediderim. Primo quidem, quia ſi IVBILEI virtute, ea, quæ hominibus Deo gratis in mora erãt, quominus, cum ex hac vita migrarent; cœlum ingrederentur, pœnæ videlicet, amouentur; qui verò illuc peruenerint, tam ingenti tenentur voluptate, vt inde exituri ſint nũquam;
,, (Ad illud enim conuiuium, inquit D. Greg.
,, Gregorius, quiſquis ſemel intrauerit, vlterius non exibit) rectè ſanè porta illa clauditur, quò ſupremus IVBILEI fructus, nempe cœleſtis, ſempiternæquè vitæ acquiſitio, illius interclusione demonſtretur. Deinde, ſi ditiſſimus ſacrarum indulgẽtiarum theſaurus IVBILEI tempore, vt ſuperiori libro probatũ eſt copioſè, ſumma diſtribuitur largitate (quod in eiuſdem ſanctę portæ apertione ſignificari paulò ſuperius dicebamus) alijs verò temporibus id fieri nequaquam videatur: reuera non incongruè factum eſt; vt completo magni IVBILEI tempore, porta illa, nõ quidem à quolibet, ſed à ſummo Eccleſiæ Antiſtite, ab eodem videlicet, à quo aperiri ſolet, omnibus intercludatur. Rurſus; ſi ſacri IVBILEI tempus pœnitentiæ aptiſſimum eſſe comprobatur: quando præſertim à peccatorum ſomno ſurgendum eſt, Rom. 13
& redeundum ad cor; nonne conue Eſa. 46
nientiſſimè ſtatutum eſt, vt eo elap-

10

ſo tempore, porta illa claudatur, quo
deſignetur periculum eſſe, ne ſuper-
Ioan. 9 ueniat obſtinationis nox, quando ne
mo poteſt operari; & illis, qui facien
Pſ. 118 di tempore diſſipauerint legem Do-
mini, cum fatuis virginibus clauda-
tur ſalutis ianua, eiſque à Domino
Matt. 25 ,, dicatur: Neſcio uos? Tandem ſi
chriſtianus quilibet, vt Apoſtolus do
,, cet, tẽplum Dei eſt (Ait enim: Tẽ-
1. Cor. 3 ,, plum Dei ſanctum eſt, quod eſtis
,, vos. Et alio loco: Coedificamini in
Ephe. 2 ,, habitaculũ Dei in Spiritu ſancto)
D. Amb. porta verò huius tẽpli, vt ex Ambro-
Beda. ſio et Beda in euãgelium Lucæ nõ im
manifeſtè colligitur, ſenſus eſſe per-
hibetur; tunc reuera tẽpli huius por-
ta clauditur, cum ſenſus ipſe, ne ad
illicita feratur, diuina inſpiratione
cohibetur. Vt ergo id ſibi faciendum
eſſe, qui IVBILEVM lucrati fuiſ
ſent, cõmonerentur; non abſq; maxi
ma Spiritus ſancti illuſtratione porta
illa, completo IVBILEI tempo-
re, obſeratur. Cum igitur hæ cære-
moniæ, aliæquè plurimæ, quas bre-
uitatis gratia diſſimulare cogimur, vt
porè diuinitus inſtitutæ, admirãdis
ſint cumulatæ myſteriis; fieri non
poteſt, vt ſanctus IVBILEI
annus non ſit, habeaturquè
dignìſsimus. Sed videa-
mus, num ex tempo-
ribus ipſius IVBI-
LEI celebritati
aſsignatis idẽ
pariter ſua-
deri poſ-
ſit.

Quod Iubilei præſtantia ob quadruplicem mutationem circa ipſum factam conyciatur. Cap. 7.

DICERE conſue-
uerat princeps ille
philoſophorũ om
nium Ariſtoteles: *Ariſt.*
,, Ad pauca reſpi-
,, cientes de facili
,, enuntiant. Quod
quidem verum eſſe, præter iuge ex-
perimentum, quamplurimis exem-
plis doceri poſſet. Et, vt non nulla
ſubiiciamus, impius ille ſacerdotum
princeps Cayphas verè ad pauca re-
ſpexiſſe comprobatur. Etenim, cum
quid aduerſus Chriſtum fieri oporte
ret, communi diſquireretur conſilio,
,, hunc in modum reſpondit: Vos *Io. 11*
,, neſcitis quicquàm, neque cogita-
,, tis, quia expedit uobis, vt vnus hó
,, mo moriatur pro populo, & non
,, tota gens pereat. Ad pauca quoque
videri fortaſſe poſſent Apoſtoli reſpe
xiſſe, qui, propterea quòd Lazarum
dormire à Domino audierant, eum
,, conualuiſſe putantes, dixerunt: Si *Io. 11*
,, dormit, ſaluus eſt. Quod etiã fecíſ
ſe fortaſſe exiſtimari poſſent, cũ ſum-
mum præceptorem Chriſtum de ho-
mine illo à natiuitate cæco percon-
tati ſunt, Num ipſe, aut ipſius paren- *Io. 9*
tes in peccatum prolapſi eſſent, quòd
in hanc lucem cæcus prodiiſſet. Ve-
rum, ſi vir ille ſceleratorũ omnium
peſſimus Cayphas, diligentius conſi
deraſſet, non licere vnquam vitandi
alicuius mali, incommodiuè gratia,

facinoris quippiam admittere (*Ro. 2* neque enim, teſte Paulo, facienda ſunt vnquàm mala, vt inde eueniant bo„ na) & quoniam, ſcriptum eſt: In- *Exo. 23* „ ſontem & iuſtum non occides; legibus omnibus innocentem plecti prohiberi: ſententiam illam tam iniquam, tam impiam, tā què nefariam fortaſsis non protuliſſet. Sed neque Apoſtoli tam faciles ad aſſeuerādum, aut ad interrogandum fuiſſent; ſi animaduertiſſent hominem etiam ſomno (quòd lethargicis vſu venire ſolet) occumbere poſſe: nec poſſe fieri, vt peccet quis, priuſquā oriatur. Sed reuera ad pauca etiam reſpicerent, præter id quod non iniuria impij cenſerentur; quicumque dicere, aut etiā cogitare præſumerent, caſu, aut humana duntaxat ratione factum eſſe, vt ſacro I V B I L E O à Summis Pōtificibus quatuor aſſignata fuerint tēpora, nempè centeſimus, quinquageſimus, trigeſimuſtertius, et vigeſimus quintus annus. Qui enim diuino lumine rem ipſam cōtemplatus fuerit, haud difficulter internoſcet, id non abſquè ſingulari Spiritus ſancti opera cōtingere potuiſſe. Sed hoc verum eſſe, tunc aliqua ex parte apertum clarumquè efficietur, vbi primò hęc tēpora in communi, deinde ſigillatim ſingula expenderimus.

I G I T V R, quod ad primam attinet conſiderationem, pręmittēdum eſt; iuxta philoſophantium doctrinam, triplicem efficientium cauſarū *D.Tho. 6 Metap.* gradum inueniri. Quædam enim cauſæ permutationi, corruptioniquè ſunt obnoxiæ; quales planè ſunt illę, quæ particulares producunt effectus, & eiuſmodi quidē habētur ignis, plāta, equus, & homo. Quædam autem à corruptione alienæ quidē ſunt; ſed mutationis ac motus minimè sūt expertes, & huius generis ſunt cœleſtia corpora, quæ partim particulares ſunt: partim verò vniuerſales, illud ſanè, quòd non niſi ad vnum rerum genus, generabilia ſcilicet et corruptibilia proſpiciant; hoc autem, quòd non ad vnam ſolummodo rerū ſpeciem, ſed ad cōplurimas ordinentur. Quædam verò cauſa eſt, quæ nulli motui, aut variationi ſubiecta eſt; & cum omnia reſpiciat, tam illa videlicet, quæ eſſe poſſunt, quàm illa, quæ ſunt, maximè communis eſt, eiuſquè proprium ac genuinum effectum, vt *D.Tho. 1. q. 45. ar. 5* D. Thomas docet, eſt, Eſſe. Porrò ij tres cauſarum gradus magno ſeiunguntur diſcrimine. Multa enim à priori cauſarum genere, ſiue ob materiæ ineptitudinem, ſiue ob agentis imbecillitatem; caſu, ac pręter ipſius agentis intētionem manare poſſunt. Poſſunt quoque (non quidem propterea quòd aut agentia illa minus valida ſint, aut quòd inferiora eorū ſubterfugiant virtutem, ſed quòd motu agant, & interdū minus diſpoſita ſit materia) nonnulla ex ſecūdo cauſarū genere fortuitu prouenire. Verū à cauſa illa, quæ ſupremū obtinet locū, & immenſa vi prædita eſt, nihilquè eius actionē vitare valet, ſed neq; materia indiget vlla, profectò nihil caſu profiiſci vnquàm poteſt; ſed omnia, quæ fiunt, quæquè fieri poſſunt, diuina eius prouidentia gubernantur. Quo fit, vt multa quidem accidētaria ſint, atque contingentia, quatenus à nobis dependent, quæ tamen, ſi in Deum referantur, ſumma inueniantur facta eſſe ſapientia; qualia præſertim eſſe nō ambigimus, et hactenus haud obſcurè, vt ego ſentio, docuimus, quæ in ſancta geruntur Eccleſia.

QVA-

QVAPROPTER eſtò ſummi Pontifices in ſacri IVBILEI inſtitutione, ac translatione ad hanc quadruplicem temporis diſpoſitionem non aſpexerint, ſed vnuſquiſque illis, quas ſupra retulimus, aut ſimilibus rationibus adductus, annum, qui magis idoneus viſus eſt, ei aſſignauerit: verumtamen nullus Chriſtianorum, niſi negligenti ac leui animo rem conſiderauerit, inficiabitur, quin à Spiritu ſancto (cuius impulſu in huiuſcemodi maximè rebus, vt in præfatione diximus, diriguntur, unde & aiunt: Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis) permoti fuerint, vti iuxta quadruplicem temporis differentiam IVBILEI ſolemnia inſtitui, aut etiam transferri curarent. Igitur quoniam examinandi, declarandi, & (pro vt rei veritas patitur, & nos poterimus) amplificandi, encomijſquè efferendi IVBILEI ſumpſimus prouinciam; noſtrum eſt, cur id factum fuiſſe credamus, breui quidem compendio rationibus explicare. Poterunt autem, qui maiori præſtant ingenio, uberiorique præditi ſunt doctrina, maiora quoq; ac doctiora, vtilioraquè proferre. Dicimus itaquè id eadē cauſa factum eſſe, nimirum vt IVBILEI ſublimitas quantum ad uirtutem, conuenientiam, ſtabilitatemquè cumulatius agnoſceretur.

Act. 15.

1 QVOD ergò IVBILEI dignitas, quantum ad eius virtutem attinet, quaternario demonſtretur numero, ex hoc facilè deprehendi poteſt; quoniam numerus hic ea cenſetur virtute pollere, vt præter id, quòd antiqui Pythagorici, quemadmodū non nulli tradunt, quaternario numero in iureiurando uti conſueuerunt, Hieraclus Pythagoræ diſcipulus illum rerum omnium eſſe principium aſſeuerare non dubitauerit, & Dei nomen quatuor elementis (unde & tetragrāmaton, id eſt quatuor literarum nomen appellatur) in quouis idiomate & apud quoslibet nempè apud Hebræos, Græcos, Latinos, Aegyptios, Caldęos, Arabes, alioſquè populos conſueuerit ſcribi.

Frãciſcus Georg. in Armo.

2 QVOD verò eiuſdem IVBILEI præſtantia quantum ad congruitatem, hoc eſt quòd ritè inſtitutus fuerit propter hominem, eodem ſignificetur numero; ex hoc cuiquè patere poteſt, quòd numerus ille præ ceteris omnibus, homini conuenire videatur. Hinc facultates ferè omnes iuxta huius numeri rationem hominem contemplantur. Logica quippè in eo quadruplicem diſcurſum, formalem ſcilicet, demonſtratiuum, probabilem, ac ſophiſticum moderatur. Naturalis autem philoſophia non ſolùm elementa quatuor, & quatuor humores, ac totidem qualitates, quæ animantibus cunctis ſunt communes, ſed etiam quatuor animæ virtutes, nempè apprehenſiuam, & appetitiuam ex parte ſenſus, & rurſus ex parte intellectus apprehenſiuam pariter & appetitiuā, quæ illius ſunt propria, perſpicit. Medicina circa quatuor eiuſdem hominis verſatur humores. Ethica quatuor virtutes cardinales, prudentiam, iuſtitiam, temperantiam, & fortitudinem in ipſo conſiderat. Politica quatuor reipublicæ partes, videlicet, principes, ciues, milites, & artifices diſponit. Oeconomica quatuor partibus domum conſtituit, nimirū, viro, vxore, filijs, & ſeruis. Theologia quatuor euangeliorum doctrina, intelle-

tu quatuor ſacrarum ſcripturarum ſenſuum, quadruplici ſanctorũ Doctorum interpretatione hominẽ ipſum inſtruit, ac moderatur. Et IVBILEVS propius hominis ſalute quadruplici temporum permutatione celebratus eſt.

SED hoc in loco minime ſilentio prætermittam, quod Ariſtoteles *Ariſt.* Rhetoricorum tertio, & primo Moralium, *Plato.* & Plato in Protagora tradũt, & refert in antiquis lectionibus *Lud. Cal.* Ludouicus Cælius, probum hominem quadratum olim appellari conſueuiſſe. Porrò quadratum, ut mathematici docent, in numeris, figuris, & corporibus inuenitur: & horum quilibet perfectus eſſe comprobatur. Quadratus quidẽ numerus perfectus eſt; quia in ſeipſum ex ſeipſo reſultat, quo modo numerus ſexdecim; propterea quòd ex quater quatuor conſurgat, perfectus eſſe cenſetur. Figura verò quadrata hinc perfectione gaudere conuincitur, quod & quatuor æqualibus contineatur lineis, & pariter quatuor angulis claudatur. Quadratum autem corpus ideo perfectum eſſe aſſeritur, quòd quatuor conſtet æquis ſuperficiebus, quarum quælibet quatuor lineis, ac totidẽ angulis intercludatur: & quouis modo poni contigerit, numquã non rectum inueniatur. Congruè igitur recteque uir apprimè bonus quadratus appellatur. Primo quidẽ, quoniam, quemadmodum quadrati numeri partes ſimiles ſunt, & æquales; ſic & viri illius operationes in quacunque re ſic reperiantur ſimiles, vt lineam tranſilire, iuxta prouerbium, numquam dici poſſit. Rurſus, ſicut quadrata figura quatuor lineis, totidemquè angulis æqualibus conſtat; ſic & uir bonus tales habet operationes, vt niſi quæ æqua iuſtaquè ſunt, faciat, & ab eo quod rectum fuerit, numquàm ſoleat immutari. Deniq; homine & quadrato corpori, quod & cubum uocant, uirum apprimè bonum perſimilẽ eſſe iudicabis; ſi quibuſuis iactetur fluctibus, quouis fortunæ impetu feratur, numquam deficitur, numquam non rectus inueniatur? Sed hoc planè nouit, qui dixit: „ Non contriſtabit iuſtum *Pro. 12* „ quicquid ei acciderit. Quoniam igitur tanta eſt ſacri IVBILEI virtus, vt Chriſtiani homines, niſi ſibi ipſis defuerint, tales euadere poſſint; conſequens eſt, vt quantum ad hominem attinet, congruenter eius celebritas quater immutata ſit.

13. PORRO quòd IVBILEI excellentiam, quantum ad ipſius firmitudinem pertinet, quaternario pariter numero elucescere valeat, ex hoc euadet vtiquè manifeſtum; quoniam cum ad motum inchoandum, prorogandum, aut etiam peragendum, terminandumuè, multum conferat corporis figura, & quò magis corpus rotundum fuerit, eò citius faciliusquè moueatur: quemadmodũ contrà, corpus quadrangulare, propterea quòd à circulari figura magis abiunctũ ſit, difficilius quoque moueri neceſſe eſt. Vnde quò immobiliora, ſtabiliora, diuturnioraquè ſint ædificia, quatuor parietibus, totidemquè angulis (quales domus Iob *Iob. 1.* fuiſſe leguntur) conſtrui conſueuerũt: ſanè, quò ſacri IVBILEI firmitudo, atque ſtabilitas ſignificaretur, Spiritus ſancti operè factum eſt, vt quadruplici tantum mutatione ipſius celebrandi IVBILEI tempus diuariatum ſit. Qua etiam de cauſa,

nempè

nempe vt demonſtraretur in vigeſimo quinto anno IVBILEVS (eundem inueniſſe (neque enim ab eo anno, niſi maximis de cauſis, creditorum vnquam translatum iri) pluries in eo celebratus eſt.

VERVM neque minori doctrina oſtenditur IVBILEI ſublimitas hiſce quatuor diſpoſitionibus ſigillatim conſideratis, quam ſi in ſimul & generatim (quod hactenus facere tentauimus) expendantur. Quia tamen de his alio loco fuſius loquuturi ſumus, ſat fuerit, quæ hic dicenda ſunt, quàm pauciſſimis perſtrinxiſſe.

CVM igitur Dominus noſter glorioſum electorum omnium chorum (quem cunctis numeris abſolutiſſimum eſſe, nulli vnquam poterit in dubium reuocari) centenario contineri docuerit,

Luc. 15. quemadmodum ex parabola illa de oue perdita, deque nonagintanoue aliis ouibus in montibus derelictis (vt exponunt Auguſtinus, & Gregorius) haud imperitè colligitur, centenarium numerum eſſe perfectiſsimum. *D. Aug.* *D. Greg.* Quod hinc quoque dilucide comprobatur: nempe quoniam denarius numerus (vt inquit Gregorius) per ſe ipſum multiplicatus in centenarium ſurgit, atque ideo per centenarium magna perfectio rectè deſignatur. *D. Greg.* Quoniã igitur ſacer IVBILEVS primò quidem pro quouis centeſimo anno inſtitutus eſt; conſequens eſt, ut hinc eius dignitas eluceſcat.

21 SED quinquageſimus annus vſque adeo inſignis eſt, quemadmodum præcedenti libro commonuimus, ut uideri poſsit Spiritus ſanctus cuncta penè chriſtianæ religionis ſacramenta eo comprehendi voluiſſe. Quod quàm verum ſit, nemo eſt (vt arbitror) qui, ſi ſacrarum literarum ſtudijs vel leuiter delectatus ſæpe, vllo modo ignoret. Illa tamen omiſſis (propterea quòd à multis vberrimè expenduntur) ſat nobis fuerit ex huius myſterioſi diuinique numeri perfectione IVBILEI ſublimitatem inſinuaſſe.

3. AT tanta eſt ternarij numeri præſtantia (id quod Mathematici efficacibus rationibus probant, aſſerunt naturales Philoſophi, & Theologi omnes pari ſuffragio conſentiunt) vt Deus ipſe impari numero, ternario ſcilicet, gaudere dicatur. Addit autem chriſtiana fides, Deum ipſum trinum eſſe in perſonis, quemadmodum vnus eſt in ſubſtantia. Vnde ſicut in mundi vnitate ſplendere quãtum ad eſſentiæ vnitatem; ita in rebus fermè omnibus, ſi non veluti in imagine, certè tanquam in veſtigio quodam, ternario numero diluceſcere voluit. Hinc in rebus cunctis ſexcenties numerum illum inuenies. Habent enim principium, medium, & finem. Conſtant numero, pondere, & menſura. *Sap. 11* Gaudent ſpecie, modo, & ordine. Demum tam ſacer erat apud Pythagoricos, tam abſolutus apud Academicos, tam excellens apud Peripateticos, ut ab aliis pluribus efferatur laudibus, quàm nos in præſentia referre poſsimus. At inter omnes ternarios duo mihi magis præclari videntur, nempe ter, & triginta. Ille eſt numerus ex vnitatibus, hic ex decadibus aggregatus. Ille adeò perfectus eſt, vt quæcumque in ternarij numeri præconia enarrantur, ei conueniant; hic quoque digniſsimus eſt, quippe cui tribui debeant, & quæ ternarium, & quæ denarium laudibus efferunt.

Qua-

Quapropter IVBILEI præſtantia hinc quoque maximè demonſtratur, quòd à quinquageſimo ad trigeſimũ tertium fuerit reuocatus.

4. POSTREMO, ſi quis numeri vigeſimiquinti ſacramenta contempletur; haud difficilè deprehendet per eum in ſe ipſum ductum, rei illius, cui adiungitur, identitatem, æternitatemquè deſignari. Quòd enim illo ſignificetur æternitas; hac
D.Inno.3. ratione colligit D. Innocentius huius „ nominis Papa tertius: Quia, inquit, „ quinarius per ſe ductus ſemper in „ ſe ipſum reducitur, æternitatem de„ ſignat; quæ in ſe permanens, ſem„ per eadem permanet. Quòd verò ſignificet identitatem, hunc in modũ
D.Inno.3. ex eodem probari poteſt. Ait enim: „ Numerus quinquies quinque in ſe „ ipſum ductus, ſemper in ſeipſum „ reducitur, ſi ducatur in infinitum; Significat igitur identitatem. Vnde quia ſacroſanctũ Euchariſtiæ ſacramentum, quamuis in pluribus locis inueniatur, ſub diuerſis ſpeciebus cõſecretur, à variis ſacerdotibus perficiatur; ſemper eſt idem. Quæ vtiquè ſacramenti identitas quinario in ſe ip„ ſum ducto demõſtratur. Signatur
D.Inno.3. „ enim altaris ſacrificium (vt in hũc quoque locum eiuſdem ſanctiſſi„ mi Patris verba referamus.) vici„ bus duabus bis, & duabus vici„ bus ter, & duabus vicibus quin„ quies, ſeptima bis, et ter; ſimul om„ nibus quinquies quinque. Porrò ex ſua ipſius æternitate rei dignitatem pate fieri poſſe, tam clarũ eſt, vt perſuaſionem aliam nõ requirat. Quòd verò identitate quoque rei præſtantia valeat explorari, ex hoc illuſtre clariſſimumquè reddi poteſt, quòd quò magis res à propria recedit identitate, eò imperfectior deteriorquè cenſetur: id autem & in plãtis, & in animantibus illis, quæ citius conſeneſcunt, liquidò apparet. Quò fit, vt, quæ minus obnoxia ſunt mutabilitati, digniora perfectioraquè habeantur. Vnde, quia Deus, teſte D. An- D. Anſel.
ſelmo, eſt, quo maius cogitari non poteſt; de illo ſcriptum eſt, quòd à ſua identitate numquam immutetur;
„ Tu autem idem ipſe es, inquit Pro- Pſ. 101.
„ pheta, & anni tui non deficient.
„ Et ipſemet: Ego Deus, inquit, & Mala. 3
„ non mutor. Quia igitur quinarius numerus in ſeipſum ductus æternitatem, identitatemquè, vt diximus, demonſtrat, ac propterea iure optimo perfectionem ſignificare cenſetur; reſtat, vt hac quoque extrema ipſius IVBILEI tranſlatione ſicut eius æternitas, atque identitas ſignificatur (neque enim, propterea quòd quaternis permutationibus eius tempus diuariatum eſt, vllo modo cenſendus eſt alius) ita mira ipſius perfectio, atque dignitas demonſtrata ſit.

Quòd Chriſtianus Iubileus ob id, quod præfertur antiquo, digniſſimus ſit. Cap. 8.

NVLLI quoque dubium eſſe debet, quin veteres ſynagogæ cæremoniæ (quemadmodum egregiè expendit D. Tho. 1. 2. q. 101. & 102.
D. Thomas) cum Dei præcepto fuerint inſtitutæ, & nõ abſque Spiritus ſancti illuſtratione à ſan-

ctiſsimis

ctiſsimis patribus auctę, admirabiles fuerint, magniſquè refertæ myſterijs: id quod Moſes his verbis conteſtatus
Deut 4 „ eſt : Quæ eſt alia gens ſic inclyta,
„ vt habeat cæremonias, iuſtaque iu
„ dicia, & vniuerſam legem, quam
„ ego proponam hodie ante oculos
„ veſtros? Vnde, et à Deo ſtudioſè diligenterquè cuſtodiri mandantur, & earum tranſgreſſores lege puniri iu-
Pſ. 147. bentur; veruntamen quia de Deo
„ ſcriptum eſt : Non fecit taliter om
„ ni nationi, & iudicia ſua non ma-
„ nifeſtauit eis (neque enim hęſitare quiſpiam poſſet, Prophetam, eo maxime in loco, de Chriſtianis, dequè eorum ab ipſo Deo reuelatis ritibus vaticinatū eſſe) cæremoniæ eccleſię lógè digniores ſūt, quemadmodū & eccleſia ipſa valdè præſtātior eſt, quàm
Heb. 10. ſynagoga. Illæ enim, vt teſtatur Paulus, vmbræ erant, hæ verò vmbris illis ſignificatæ. Illæ media, hæ finis. Illæ gratiam inſpiciebant, hæ gloriā. Illæ figuræ, hæ figuris pręſignatæ.
1. Cor. 10 „ Omnia enim, inquit Paulus, in
„ figura facta ſunt noſtri. Et ne diutius, quàm neceſſe ſit, immoremur, id tum demū efficietur clariſsimum, vbi ad ſingulares cęremonias venientes eccleſiæ IVBILEVM cum iubileo ſynagogæ contulerimus.

1. IGITVR, adueniente quidē quadrageſimi noni anni menſe ſeptimo,
Leuit. 25 die autē eiuſdē mēſis decimo (vt hinc initium ſumamus) non abſque ſolennitate Hebræorum nuntiabatur IVBILEVS : ſed lōgè ſolénius, vt ſupra diximus, appropinquante vigeſimoquinto anno magnis præconiis iam iam noſtrum aduētare narratur. Ille in plateis, hic in eccleſia, eaquè illuſtriſsima. Ille buccinarum clangore : hic perdulci apoſtolicarum tubarum ſono nuntiatur; ſignificaturquè eo anno aperiendum eſſe militantis eccleſiæ theſaurum, atque ſingulis pro cuiuſque neceſſitate communicandum.

2. IN illo vacabat terra, nec ſolita cultura grauabatur; in hoc terra illa,
„ cui dicitur : Terra, terra, terra, au- Hier. 22.
„ di verbum Domini; & : Audiat ter- Deut. 32
„ ra verba oris mei; quæquè antea conquerebatur, quòd iniquitates ſuę, ſicut onus graue, vt ait Propheta, gra- Pſal. 73.
uarentur ſuper ſe; peccatorum pondere non deprimitur.

3. IN illo debita omnia dimittebantur, nec repetundarum pecuniarum lege quiſquam tenebatur: in hoc cuncta debita, quæcumque fuerint, vt infra dicetur, cumulatè condonantur.

4 IN illo, quot quot ſeruitutis iugo detinebantur, liberi iubebātur abire: in hoc, culpis omnibus pœnitentiæ ſacramēto deletis, pœniſquè cunctis pleniſſima dimiſſis indulgentia (neque enim ignoramus, eum, qui facit peccatum, ſeruum eſſe peccati; & li- Io. 8.
berum eſſe nō poſſe, quicumque pendendis pœnis fuerit obligatus) ſerui omnes optata donantur libertate.

5. IN illo corpore quieſcebant Iu-
dæi : in hoc, vbi ab operibus mor- Heb. 9.
tuis emundauerint conſcientias, chriſtiani perdulci fruuntur aīæ quiete.

6. IN illo ad priores dominos reuertebantur diuenditæ poſſeſſiones : in hoc ſolutis criminibus, ac Dei gratia redeunte, cunctæ reparan- 4. Sen. d. 22.
tur uirtutes, & opera illa, quę à Theologis mortificata, mox verò viuificata dicuntur, illicò redimuntur. D. Tho. 3 q. 89. ar. 5

7 IN illo gratiæ ſtatus ſubobſcurè demonſtratur : in hoc, vt paulò inferius dictum ſumus, fœliciſſima bea

N torum

torum quies lucidiſſimè cernitur.

8 DEMVM, in illo hoſpitibus, & aduenis omnibus ad patriam redire licebat: in hoc, quicumque ex hac vita migrauerint (dumtamen ea, quæ facienda præcipiuntur, minimè omiſerint; & illa, quæ IVBILEI uirtute adepti fuerint, mox tueri ſtudioſè curauerint) dubio procul ad cœleſtem patriam ſtatim proficiſcuntur. Sed ſi ea omnia, quæ IVBILEI tempore, eiuſquè cauſa facere, aut etiam omittere olim iubebantur Iudæi, fuſius clariuſquè enucleata videre optas (non enim parum commodi, vtilitatiſquè ſpiritalis afferre poſſunt) vbi legeris, quæ habet in ſacrarum ſcripturarũ Anagoge Sanctes Pagninus, & in allegoriarum Silua Hieronymus Lauretus; conſule Cyrillum Francũ Bononienſem, qui in eo libro, quem ad excellentiſſimum principem Iacobum Boncompagnum de IVBILEO ſcripſit; de agris, domibus, & ſeruis myſticè intellectis, ea penè cuncta, quæ dici potuiſſe videbantur, quæquè ad rem hanc pertinerent, non ſine manifeſtis diuinorum eloquiorum, ac ſanctorum Patrum teſtimonijs haud infeliciter elucidauit.

Sãct. Pa. Hieronymus. Lau. Cyrillus. Francis.

Quoniam igitur ſacer Eccleſiæ IVBILEVS antiquo Hebræorum Iobileo (quem digniſſimum fuiſſe ſacrarum demonſtratur teſtimonijs literarum) præſtantior eſt, ipſius IVBILEI noſtri ſublimitas optimis rationibus confirmatur.

Le. 25.

Quòd militantis Eccleſiæ Iubileus iurè cenſeatur digniſſimus, quia Eccleſiæ triumphantis imaginẽ gerat. Cap. 9.

QVONIAM verò homo naturali quadam propẽſione, ac lege ſcripta, tam ex parte corporis, quã ex parte animę adeo in diuinum cultum aſciſcitur, ut extrinſecùs corpore Deum honoret, & anima eundem reuereatur intrinſecùs: profectò neceſſe eſt diuinum cultum duplicem eſſe, interiorem videlicet, & exteriorem; quòd Propheta detegens, & illum quidem, iuxta D. Thomæ interpretationem, nomine cordis, hunc autem carnis appellatione ſignificãs, Cor meũ, inquit, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Verùm quemadmodum corpus, & anima ordinantur ad inuicem, & corpus quidem eſt propter animam; ita & cultus iſti mutuò ſe reſpiciunt, & exterior interiori veluti fini deſeruit. Id autem in oratione apertè cernitur. Nam vocalis oratio, qua mens in Deum excitatur; ad mentalem, quæ ipſius mentis in Deum eleuatio eſſe definitur à Damaſceno, ceù ad finem ordinatur. Cùm autem interior cultus (quem in animæ operatione conſiſtere dicebamus) tam ex parte intellectus, quàm ex parte voluntatis, Deo

Pſal. 83

D. Dam.

tis, Deo hominem iungat; operæ
pretium eſt, vt exterior cultus, qui
externis hominis actionibus perfici-
tur, multiplicibus diuarietur modis;
ſicuti intellectus, & voluntas Deo
multifariam copulantur. Quòd ſi
diligentius perſpectum fuerit, liqui-
dò conſtabit, hominem diuino cultu
tribus modis non parum diſſidenti-
bus Deo vniri; quemadmodum etiã
ſunt tres hominis ſtatus, nempè le-
gis, gratiæ, atque futuræ beatitudi-
nis. In ſtatu quidem gloriæ (vt à no-
uiſsimo, præſtantiſsimoquè ſuma-
mus exordium) humanus intelle-
ctus Deo proximè iungitur, eiuſquè
eſſentiam in ſe ipſa uidet, ac contem
platur; quemadmodum & voluntas
eadem (quatenus immenſa bonitas
eſt) in eodem ſtatu perfruitur. Et
Boet. Cõſ. lib. 3. quoniam ſtatus hic, teſte Boetio,
omnium bonorum aggregatione ab
ſolutiſsimus eſt, nullus in eo cultus
in cultum alium deſignandum tam-
quàm figura dirigitur. Porrò in ſta-
tu veteris legis, cùm Deus adhuc ob-
ſcuriùs agnoſceretur, & uia ad clario
rem ipſius agnitionem veniendi, vt
Heb. 7. ad Hebræos ſcribit Apoſtolus, ad-
huc nequaquam innotuiſſet; opus
erat, ut exterior cultus, non ſolùm fi
gura quædam eſſet eorum, quæ in
cæleſti patria videre, ac perfrui de-
bemus bonorum, ſed & Chriſtum,
Io. 14 qui, ut in Iohannis euangelio ipſe-
met teſtatur, illuc ueniendi uia eſt;
& Eccleſiæ myſteria modo aliquo de-
monſtraret. Verùm in ſtatu nouæ le-
gis, cùm iam lux illa magna, quæ
Io. 1 omnes homines in hunc mundum
venientes illuminat, habitantibus in
Eſa. 9 regione vmbræ mortis ſit orta, ſuo-
què fulgore nuſquàm nõ ſplendeat,
ac propterea uia ad abſolutam Dei
viſionem veniendi iam pateat; exte-
rior cultus hæc ſignificare non de-
bet. Quia verò cœleſtia bona iis, qui 2. Co. 5.
peregrinantur à Domino, non niſi
ſenſibilibus umbris patere poſſunt:
„ (Impoſsibile enim eſt, inquit Dio D. Dion.
„ nyſius, nobis aliter lucere diuinũ
„ radium, quàm ſacrorum velami-
„ num varietate circumtectum) con
ſequens eſt, vt exterior cultus, chri-
ſtianæ videlicet cæremoniæ, eorun-
dem bonorum non obſcuram gerat
imaginem.

AT ſacer IVBILEVS inter
alias Eccleſiæ cæremonias, inter
alios ritus, ſi non fallor, beatorum
ſtatum, præſertim quantum ad præ-
cipua, potioraquè myſteria pertinet,
clariùs illuſtriuſquè demonſtrat.

1. PRIMO quidem, quia ſi IV
BILEVS eſt magnus Dei ſcilicet
annus, (ſic enim modo quodam in-
terpretari poſſe dicebamus) paradiſi
annus utiquè talis eſt; tũ quia Deus,
vt dictum eſt aliàs, illum ceteros di-
gnitate anteire conſtituit, tum quia
ſuapte natura ipſius ſolius Dei eſt, &
quot quot voluerit, eius participes
facit; tum etiam quia, vt nunc dice-
mus, eſt æternus. Atqui æternitas
vſquè adeò ſoli Deo conuenit, vt 4. ſen.
Theologi dicant, creaturarum intel-
lectualiũ beatitudinem non niſi par
ticipata æternitate, ceu menſura qua
dam agnoſci. Si autẽ IVBILEVS,
annus magnus dicitur; numquid
non magnus eſt, imò maximus, &
quo maior cogitari non poteſt, an-
nus paradiſi, qui nec deſinit, ſed nec
deſinere vnquàm poteſt? Vnde & in Io. 5. 6. 10.
euangelio æternæ vitæ nomine ſæ-
piùs deſignatur.

2, DEINDE, ſi IVBILEI Matt. 25
annus tempus eſt remiſſionis; in pa- Mar. 10. Luc. 18.

radiſo vera, abſolutiſſimaquè inuenitur remiſſio. Ibi enim nullus eſſe poteſt, qui aut pendendis debitis,
Apoc. 21 aut luendis pœnis ſit obnoxius, ideo
„ què in Apocalypſi dicitur: Neque
„ luctus, neque clamor, neque do-
„ lor erit vltra, quæ prima abierũt.

3. RVRSVS, ſi IVBILEI annus, tempus eſt libertatis; in cœleſti patria non tantum perfecta, ſed etiam perpetua, qui ibi fuerint, li-
Gal. 4 „ bertate perfruuntur. Illa enim,
„ inquit Apoſtolus, quæ ſurſum eſt
„ Hieruſalem, libera eſt.

4. ITEM, nonne & quatenus IVBILEI annus, annus germinis interpretatur, cœlorum regnum modo aliquo demõſtrare cognoſcitur; ſi terreſtri adumbratur paradiſo; ſi paradiſus (hac quippe appellatione pometium, in quo cũctorum generum flo-
Luc. 23. res inueniũtur, deſignatur) in ſacris literis appellatur: ſi ibi ille regnat in
Hier. 23. „ ſecula, de quò ſcriptum eſt: Suſ-
„ citabo Dauid germen iuſtum: ſi
Nu. 24 nemoroſæ valli, & hortis iuxta flu-
Eccl. 39. uios irriguis perſimile eſſe perhibetur: & ſi iuſti veluti lilia germinare, & in æternum ante Dominum florere dicuntur?

5. AD hæc, ſi IVBILEI annus, tempus eſt quietis; quæ maior quies aut eſſe, aut effingi cogitatione poſſet quiete paradiſi; vbi quot
Apoc. 14 quot fuerint, vt in Apocalypſi legi-
„ tur, requieſcent à laboribus ſuis?

6 DENIQVE, ſi IVBILEI annus, tempus eſt lætitiæ; certè plenior lætitia exiſtimari, ne dum inueniri non ualet, quàm beatorum; quam & verè plenam, & perennem eſſe Dominus ipſe docet, cum ait:
„ Gaudium veſtrum ſit plenum: & Ioa. 15.
„ Gaudium veſtrum nemo tollet à
„ vobis.

SI igitur inter figuram, & id, quod per eam oſtenditur, ſimilitudo eſſe debet, alioquin figura ipſa minimè demonſtraretur; ac ideò ſi figuratum perpulchrum fuerit, perpulchra quoque eius ſit imago, neceſſe eſt: ſanè cùm paradiſus longè pulchrior, dignior, admirabilior, ac præſtantior ſit, quàm verbis, aut mentis opere conſequi valeamus; opus eſt, vt IVBILEVS quoque noſter, cum tam egregiè paradiſum præſeferat, digniſſimus præſtantiſſimusquè cenſeatur. Quapropter nemo mirari debet, ſi tanto expectatur deſiderio, tanta præuenitur diligentia, tanto nuntiatur apparatu, tanta inchoatur lætitia, tantaquè celebratur veneratione. Atqui de IVBILEI, dequè anni ſancti præſtantia ſatis ſuperque dixiſſe mihi videor, iam ad ipſius fructuum contemplationem tranſeamus.

FINIS TERTII LIBRI DE SACRO IVBILEO.

F. ANGELI PIENTINI DE CORSINIANO

ORD. PRAEDICATORVM

Sacræ Theologiæ Profeſſoris

DE SACRO IVBILEO

Liber Quartus.

Quòd ſacri Iubilei inſtitutio Eccleſiæ Dei fuerit reuelata. Cap. I.

ETSI diuerſis nominibus ſācta Ecclia, quò Chriſtiani diuina eius myſteria plenius intelligere, ac contemplari valeant, in ſacris literis nuncupatur, variiſquè aſsimilatur rebus; nihilominus quòd auroræ, ac lunæ deſignetur appellatione, propoſito noſtro mirum in modum cunducere videtur. Dicitur quippè aurora in Canticis, vbi
Can. 6. „ habetur: Quæ eſt iſta, quæ pro„ greditur, quaſi aurora cōſurgens. Dicitur quoque luna ibidem, cùm „ ſubiungitur: Pulchra vt luna. Can. 6. Conueniunt autem aurora, & luna trifariam; primò ſanè, quoniā neutra ex ſe ipſa lumen habet: Deinde, quia ambæ lumen à ſole mutuantur; Tertio verò, quòd utraque paulatim magis illuminatur. Aurora quidem, niſi à ſole lumen ipſum reciperet; à nocte nequaquàm videretur differre: Et luna itidem, niſi à ſole lumine donaretur, nulla vnquàm luce fulgeret. Aurora vſque ad ſummam diei claritatem magis magiſquè eniteſcit: lunæ quoquè lumen ad plenilunium vſque, cùm ſcilicet plenè perfectequè illuminata fuerit, ſemper augetur. Eccleſia igitur auroræ ac lunæ ſimilis eſſe perhibetur, quemadmodum & earum ſignificatur nominibus; quoniam neque ipſa ſuapte virtute

tute nullum habet fidei lumen, quòd
Paulus apertè docet, cùm lumen il-
lud à Deo manare tradit. Ait enim:
Eph. 2. ,, Vobis datum eſt, vt credatis. Dei
,, enim donum eſt, ne quis glorie-
,, tur. Rurſus Eccleſia lumen à Chri
ſto accipit, ſicuti aurora, & luna ip-
ſum pariter recipiunt à ſole. De ip-
,, ſo enim ſcriptum eſt: Erat lux ve-
,, ra, quæ illuminat omnem homi-
,, nem venientem in hunc mundũ.
Porrò Chriſtus ſolis nomine in eiſ-
dem diuinis ſcripturis, vt primo
quoquè libro dictum eſt, non num-
quàm deſignatur. Dicitur enim in
Mala. 4. ,, Malachia 4. Vobis timentibus no
,, men meum orietur ſol iuſtitiæ;
Chriſtus videlicet Deus noſter. De-
niquè ſi aurora, & luna pedetentim
illuſtrantur, quouſquè plenum ſu-
ſceperint lumen: Eccleſiæ quoquè id
ipſum vſu uenire liquet; nimirum
vt pro Chriſtianorum neceſsitate,
aut etiam vtilitate, temporis pro-
D. Tho. greſſu magis ac magis diuiniſſimi
22. q. 1. ipſius ſolis Chriſti præſentia illumi-
ar. 7. netur. Hac enim de cauſa ſe cum di
ſcipulis ſemper fore his verbis polli-
,, citus eſt: Ecce ego uobiſcum ſum
Matt. 28 ,, omnibus diebus, vſquè ad con-
,, ſummationem ſeculi. Quòd ſanè
de corporea ſuiipſius præſentia, id
eſt, quòd cum eis corporaliter per-
manſurus eſſet, intelligi non poteſt;
tùm quòd cùm fidelis ſit, vt Prophe-
ta docet, in omnibus uerbis ſuis,
Pſ. 144. quemadmodum, & ſanctus eſt in
omnibus operibus ſuis, (Ait enim:
Pſ. 188. ,, Quę procedunt de labijs meis nõ
,, faciam irrita) id eis nõ præſtare nõ
potuiſſet; tum quòd ipſe incorrupti-
bilis eſſet, mundus verò corruptio-
ni ac generationi obnoxius, tum de-
niq; quòd Spiritus ſanctus, quo maxi
mè indigebant, ad eos non veniſſet,
quòd planè Eccleſiæ minimè expe-
,, diret: Si enim, inquit, non abie- *Ioa. 14*
,, ro, paracletus non ueniet ad vos.
,, Si autem abiero mittam eum ad
,, vos. Neque rurſus putandum eſt,
eum promiſiſſe diuina tantum gra-
tia ſe apud eos permanſurum. Hoc
enim modo cum quolibet iuſto ip-
ſum eſſe, in dubium uerti non po-
,, teſt. Dixit enim: Si quis diligit *Ioa. 14.*
,, me, ſermonem meum ſeruabit, &
,, Pater meus diligit eum, & ad eum
,, veniemus, & manſionem apud
,, eum faciemus. Hoc igitur pacto
diuina illa promiſsio intelligi debet,
nimirum, quòd Chriſtus cum eis,
in eccleſia videlicet, diebus omni-
bus vſquè ad ſeculi conſummatio-
nem foret, veluti propugnator, vt
eam defenderet; veluti conſolator,
vt illi ſuffugium, ac ſolatium præ-
beret; veluti eius propagator, vt il-
lam vberiorem, latioremquè redde-
ret; veluti eius gubernator, vt illam
in huius vitæ ſalo ad ſalutis portum
dirigeret; & ſpeciatim veluti ſol, vt
quemadmodum & corporeus ſol cũ
luna, & aurora ſe gerit, illam pede-
tentim illuminaret.

QVAPROPTER in huius
auroræ primordiis, cum luna hæc
illuſtrari cœpit, diſcerni uix poterat;
num Spiritus ſanctus à filio ſicut à
patre procederet: ſed vbi à iuſtitiæ
ſole lumen illi copioſiùs infundi cœ
ptum eſt, id clariſsimum euaſit. Vi- *Ioa. 16.*
deri vix poterat; num infantes, aut
pueri ante rationis vſum ſacri ba-
ptiſmatis aqua tingi poſſent: at hu-
ius auroræ lunæquè lumine effecto *Ioa. 3.*
clariore, id nemo non cernere po-
tuit. Difficulter agnoſcebatur; an
in hæreſim lapſi, ſi ad eccleſiæ gre-
mium

Heb. 6. mium redire contigiſſet, forent pro
pterea iterum baptizandi: ſed vbi lu
na hæc plus luminis habere cœpit, id
nulli non patuit quàm clariſsimè.
Vix inueniri valebat, qui ea videndi
acie præſtaret, ut auricularem con-
feſsionem eſſe de iure diuino plenè
perſpicere poſſet: ſed illuceſcente ma
Ioa. 21. gis ſole, atquè auroram hanc clariùs
illuminante, uel caligantibus aper-
tiſsimum effectum eſt. Quàm pau-
ciſsimos, precipuè apud Græcos, Ar-
menoſquè olim inueniſſes, qui poſt
hanc vitam purgatorium ſupereſſe
Matt. 12 diſcernerent: attamen myſticę hu-
1. Cor. 3 ius lunæ globo ampliùs illuſtrato, nè
2. Ma. 12 mo eſt, qui vel in ſacris literis pur-
gatorium parefieri non videat. Dies
me deficiet, ſi omnes ac ſingulos
Chriſtianæ religionis articulos enu-
merare contendam, quos ampliore
huius ſolis coruſcante lumine, at-
què auroram hanc, lunamquè ſem-
per magis illuminante, dilucidè in-
tuemur, cùm tamen prius manifeſtè
cerni minimè poſſent.

CETERVM, vt iam ad ſacri
IVBILEI doctrinam me confe-
ram, certum eſt, quòd antiquitus in-
æſtimabiles Eccleſiè theſauri tã plenè
agnoſcebantur diuitiæ, non videba-
tur indulgentiarum veritas, neque
admirabiles IVBILEI fructus.
(quòd & de eius neceſsitate, dequè
eius eſſentia, atque præſtantia intel-
ligendum eſt) cernebantur: at vbi
Ioa. 1 diuinus ille ſol, qui omnẽ hominem
venientem in hunc mundum illumi
nat, radiis ſuis myſticam auroram
Sap. 7. clariorẽ, illuſtrioremquè reddere cœ
Coloſ. 1. pit, vbi luna plenior ac fulgentior ef-
2. Cor. 2 fecta eſt, tam indulgentiarum theſau-
Eſa. 61 rus, quàm indulgentiæ ipſæ, nec non
facer IVBILEVS, eiuſquè peropi-
tabiles fructus tãto coruſcant ſplen-
dore, vt, qui ea non perſpicit, meritò
cæcus eſſe credatur. Vnde & de illis,
veluti de clariſsimis, atque omnibus
peruiis, euidentibuſquè rebus diſpu
tare minimè dubitamus, ſicuti præ-
ter illa, quæ hactenus in medium co
tulimus afferenda; præſenti libro diſ
feremus: vbi, cum de IVBILEI
fructibus pro virili noſtra agere de-
beamus, ſanè ceu vniuerſale quod-
dam medium, ſeu communem quan
dam rationem earum, quas ſupra at-
tulimus, IVBILEI proprietatum
aperiemus. Quo fiet, vt & hoc quar-
to libro, ſicuti polliciti ſumus, quæ-
ſtionem, Propter quid, quæ quarta at
que extrema eſt, abſoluamus.

VERVM, vt hic labor noſter minus imperfectus videatur, vbi de IVBILEI fructibus pro viribus noſtris, licet modicis, diſputauerimus; duo, quæ ſupereſſe videbuntur, ſcilicet & quonam modo fructus illi, qui valdè concupiſcibiles eſſe cognoſcentur, acquiri poſſint; & qua arte, vbi quis eorum fuerit potitus, eos tueri valeat, declarabimus.

Quòd uerba illa, Infinitus theſ. &c. de Iubilei theſauro intelligi debeat. Cap. 2.

CERTVM eſt autem tam proprium eſſe homini rationibus agere, tãquè intrinſecus ei id cõuenire, vt verè philoſophantibus homo ipſe rectius definiri non poſſe videatur, quã vt dicatur

tur eum eſſe animal rationale. Quo fit, vt & ſapientiſſimè aſſeruerit Ariſtoteles, animalia cetera imaginibus, & memorijs; homines verò arte, & rationibus viuere; & magno offundamur rubore, ſi quando citra rationem, aut affirmare quippiam, aut denegare contigerit. Sed & illa, quę ſine rationis adminiculo (vt interim alios ſuadendi modos ſicco, quod aiunt, pede tranſeamus) afferuntur; non ſolum non probantur, ſed contemnuntur, habentur deriſui, prorſuſquè exibilanutr ab omnibus. Quapropter cum hactenus ſæpenumero nobis probatum fuerit, Sapientem in „ verbis illis, ſcilicet: Infinitus the„ ſaurus eſt hominibus; de ditiſſimo indulgentiarum ęrario agere; cũquè verba illa pro huius rei euidentiori intelligentia, proquè explicandis nonnullis IVBILEI fructibus accuratius expendere debeamus; ne in eandé labamur foueam, & abſque ratione agere uideamur; antequam ad eorundem verborum interpretationem veniamus, operæ pretium facturi ſumus, præſertim cũ non deſint, qui contrarium ſentire videantur; ſi illa eo quoque modo, & quidem iuxta literalem ſenſum, probè intelligi poſſe, rationibus nequaquam inualidis, paribuſquè teſtimoniis demonſtrare ſtudeamus.

Ariſt. — Sap 7.

SCIENDVM itaque hanc Sapientis ſententiam multis quidé modis explicari poſſe. Sunt enim, qui de Chriſto redemptore noſtro interpretandam putent. Ipſe namque tã ingens eſt theſaurus, vt iuxta D. Pauli teſtimonium, in eo abſconditi ſint theſauri omnes ſapientiæ, & ſcientię Dei: & qui ei adheſerint, in omnibus diuites efficiantur in illo: nec non & qui eo vſi fuerint, hoc eſt, qui paſſionis ipſius meritũ ſuſceperint, „ Dei efficiãtur amici. Reconciliati „ enim ſumus Deo, vt ait idem Apo„ ſtolus, per mortem filii eius. Inueniuntur quoque, qui & de infuſa ſapientia locum illum enarrent. Etenim ſi moralis ſapientia intantum ditare creditur hominem, vt, Laertio teſte, Diogenes ille Cinicus ſapientibus nihil deeſſe putauerit, & inter philoſophos inuenti ſint, qui ſapientes ſolùm diuites eſſe non timuerint affirmare; ſanè cum infuſa ſapientia donũ ſit Spiritus ſancti, ac propterea extra comparationem vllã longè præſtantior; non dubium, quin hominibus, qui ea donati fuerint, ingens ſit theſaurus; & ille fortaſſe, qui in ſacrorum eloquiorum agro abſconditus inuenitur. Sed neque deſunt, quibus valde arrideat, ſi de ipſarum ſcripturarum doctrina ea verba elucidétur; propterea quòd qui ea præditi fuerint, vt alias eorum omittamus rationes, de theſauro ſuo proferre poſsint noua, & vetera: nimirum, & quæ ad nouum, & quæ ad uetus pertinent teſtamentum. Tandem quod etiam de loco pletiſſimo ſacrarum indulgentiarum theſauro haud incõgruè intelligi queat, argumentis, vt mihi quidem videtur, nequaquam reiiciendis ſuaderi poteſt.

Coloſ. 2 — 1. Cor. 1 — Rom. 5 — Laertius. — Diogenes — Stoici. — Eſa. 11. — Matt. 13 — Matt. 13.

1. ET vt ab hoc incipiamus; Illud eſt ſacrarum ſcripturarum priuilegium, ut, quemadmodum in huius operis initio præfati ſumus, ſub vno eodemquè verborum contextu multiplices latere poſsint literales intelligentiæ. Ait enim D. Auguſtinus: „ Cum alius dixerit, hoc ſenſit (nimium eiuſdem ſacræ ſcripturæ auctor)

D. Aug.

,, ctor) quod ego: & alius, imò illud ,, quod ego: religioſius me arbitror ,, dicere, cur non vtrumque potius; ,, ſi vtrumque verum eſt? Et ſi quid ,, tertium, & ſi quid quartum; & ſi ,, quid omnino aliud verum quiſpiā ,, in his verbis videt, cur non illa om ,, nia vidiſſe credatur; per quē vnus ,, Deus ſacras literas, & diuerſa vi- ,, ſuris multorū ſenſibus tēperauit? Cum igitur ſenſus iſte veritati cōſentaneus ſit, verba quoque ipſa, ne dum ipſum referant, ſed etiā exigant; nemo reuera mirari debet, nemo reclamare, ſed potius laudibus ſcripturas ipſas diuinas efferre; ſi locum illum & de indulgentiarum theſauro intelligi debere aſſeueratur.

Tho. Ca.
Martinus Nauar.

2. RVRSVS, ſi inter eximios theologos, & canoniſtas inueniuntur, qui cum de Eccleſiæ theſauro, quod indulgentiarum ſit fundamentum, ſcribant, oſtendunt Chriſtum Saluatorem noſtrum ſuis meritis infinitum ſatisfactionum cumulum congeſſiſſe, quo Eccleſiæ ſuæ filij, cū eis diſpenſari contigerit, ex eo accipientes diuinæ iuſtitiæ pro patratis ſceleribus ſatisfacere valeant; aſſerūt Salomonem de immenſo illo diuitiarū theſauro in eadem ſentētia locutum; exiſtimari vtique nō debent diuinas dilacerare literas, & in eum ſenſum, quem habere nō poſſint, detorquere.

Tho. Ca.

3. HVC accedit, theologos quoſdam, eoſquè apprimè inſignes inueniri; qui, cū hãc ſúpſerint prouinciā, vt aduerſus hæreticorum calumnias oſtenderent, apoſtolicæ eccleſiæ miniſtros diuinarum ſcripturarū in ſuis diplomatibus minimè abuti teſtimoniis, ea Salomonis verba expendant, demonſtrentquè de indulgentiarum ærario iuxta germanum ac literalem ſenſum debere accipi; nemo diffiteri debet, quin ad eum quoque modum exponi poſſint.

4. ADHAEC, ſi ad Chriſtianum quemlibet pertinere videtur (ſi verè pius, vereque catholicus eſſe velit) iuxta Apoſtoli documentū, vt in obſequium Chriſti intellectum in captiuitatem redigat, atque iccirco abſq; formidine credat, ipſius Vicarium Pont. Max. (propterea quòd ſpeciatim circa fidei myſteria, vt ſupra conſtitutum eſt, Spiritu ſancti ope dirigatur) pro eorundem ſacrorum explicatione, propoſitionequè myſteriorum, diuinæ ſcripturæ auctoritatem non niſi in eum ſenſum, quem ab ipſo habuere Spiritu, aſſumere: cum de indulgentiarum theſauro loquatur, vt in extrauagante Clementis vj. liquet, & prædicta vtatur Salomonis ſententia; nemini controuerſū eſſe debet, quin ad eum quoque modum intelligi, atque enarrari poſſint.

2. Co. 10
Ext. Vnigen. Clem. vi.

5. SED, cum Sapiens in eo libro, qui Sapientia inſcribitur, de increata ſapientia, ideſt, de Chriſto redēptore noſtro, præcipuè agat, ac propterea loci illius ſincerus intellectus eſſe debeat, quòd Chriſtus eſt infinitus theſaurus; opus eſt, ut hoc loquendi ,, genus illis habeatur pſimile: Chri ,, ſtus eſt pax noſtra, iuſtitia noſtra, ,, & redemptio noſtra. Quapropter quemadmodum enuntiationes illæ cauſales ſunt (non enim identicę, aut formales, aut etiā denominatiuæ eſſe ,, poſſunt) ita et hęc ſit cauſalis, oportet. Igitur ſicut cum dicitur: Chri- ,, ſtus eſt pax noſtra, iuſtitia noſtra, ,, redēptio noſtra; ſenſus eſt, quòd ipſe pacis, iuſtitiæ, atque redemptionis noſtræ ſit cauſa: ita ſenſus eſſe debet, cum dicitur: Chriſtus infinitus

Eph. 2.
1. Cor. 1.

theſaurus eſt hominibus; quod Chriſtus in cauſa ſit, vt homines innumerum ſum illum ſuorum meritorum theſaurum habeant; quo, ſi congruenter vſi fuerint, Dei reddãtur amici. Quia igitur is eſt indulgẽtiarum theſaurus, vti ex his, quæ antea conſtituta ſunt, liquidiſſimè conſtat; remanet, vt ea Salomonis verba de ipſo intelligi, atque interpretari debeant.

6. TANDEM, ſi tunc rem illam dicimus eſſe aurũ (quod gratia exempli ſubiicimus) quæ auri conditiones habuerit, ſicut illam exiſtimamus argentum eſſe, quæ argenti prædita fuerit functionibus; qui nam fieri poteſt, vt non ſit indulgentiarum theſaurus ille, quem Sapiens tantoperè prædicat; ſi illius proprietates, cõditiones, diuitiaſquè habere quàm maximè pateat? Sed id cum veritate minimè pugnare, ſequenti capitulo demonſtrabitur.

Quòd Sapiens plures theſauri indulgentiarum prærogatiuas, ac nõnullos Iubilei fructus oſtendat.

Cap. 3.

QVONIAM à mentis conceptibus verba proficiſcuntur,
„ (Ea enim, quæ
„ ſunt in voce, in-
„ quit Ariſtoteles,
„ ſunt earum, quæ ſunt in anima,
„ paſſionum notæ) intellectus autem Ariſt.
conceptiones pro hominum varietate ſint diuerſæ; nemini mirum eſſe debet, ſi vilium, inſipientum, imperitorumquè flocci penduntur verba: principum autem, ſapientum, atque eruditorũ tãti fiunt. Scriptũ nãq; eſt:
Sermo datur cunctis, animi ſapientia Cato:
„ *paucis*.

Hinc Cæſaris, Auguſti, Philippi, Alexandri, Ageſilai colliguntur apophthegmata: Solonis, Biantis, Chilonis, Catonumquè ſententiæ recẽſentur: Ariſtotelis, & Platonis à philoſophis; Hippocratis, & Galeni à medicinæ artis profeſſoribus libri tam accurratè leguntur. Cum igitur Salomon inter reges tam inſignis fuerit,
„ vt de ipſo legatur: Magnificatus eſt 3.Reg. 10.
„ rex Salomõ ſuper oẽs reges vniuer
„ ſæ terræ: tãta præfulſerit ſapientia, 2. Pa. 9.
vt, cùm ipſa ſingulari quodam priuilegio à Deo fuerit decoratus, Sapientis appellationem meritò ſortiretur: ea quoque claruerit doctrina, vt de eo proditum ſit memoriæ; quòd à cedro, quæ eſt in Libano vſque ad hyſ- 3.Reg.4.
ſopum, quæ progerminat ex pariete; de lignis ſapientiſſimè diſſeruerit, ſimulquè diſputauerit de animalibus, de volucribus, de reptilibus, atque piſcibus: ita vt ex cunctis populis ad eius audiendam ſapientiam feſtinarẽtq; ſanè eius verba mira, neceſſe eſt, referta ſint ſapientia. Id quod cuique efficietur manifeſtũ, ſi ea, quæ ab ipſo de indulgentiarũ theſauro ſcripta fuiſſe dicebamus, diligentius operoſiuſquè expendantur. In ipſis enim omnia fermè prædicti theſauri latent myſteria: nimirum immenſitas, neceſſitas, diſpenſator, diſpenſationis cauſa, duratio, perſonæ quibus diſpẽſatur, earumdemquè perſonarum diſpoſitio, nec non & fructus eius continentur. Ceterum, tametſi ex his, quæ

ſuperio-

ſuperioribus libris diſſeruimus, corũdem myſteriorum non nulla modo aliquo clara eſſe non dubitem; nihilominus quia huic negotio ea adamuſſim intelligere plurimum conducit; non ab re, ut ego ſentio, feciſſe videbimur, ſi illa Salomonis verba, quibus quamplurima, vt nunc dicebamus complexus eſt, expenderimus, ac quanta fieri poterit breuitate (quòd quidem non abſque lucro fiet) repeteremus. Eſt igitur hoc Salo-

Sap. 7. „ monis elogium ſcilicet: Infinitus „ theſaurus eſt hominibus, quo qui „ vſi ſunt, participes facti ſunt ami- „ citiæ Dei.

1. PRIMO ergo omnium theſauri illius proponit immenſitatem, cum ait: Infinitus. Et re vera infini-

Caiet. 3. q. 1. 2. 2. du. 3. tus eſt. Nam iuxta Theologorum doctrinam Chriſti operationes, paſſioneſquè bifariam conſiderari poſſunt, ſcilicet & quatenus ſunt res quædã, & quatenus res ſunt diuini ſuppoſiti. Quòd ſi primo diſcutiantur modo, cùm à deitaté in immenſum abiungi dignoſcantur, finitę determinatæquè ſunt naturæ. Si verò modo altero expendantur, cùm ſint res quædã perſonæ illius, quæ Deus eſt, ac propterea infinita, ipſa quoquè immenſa eſſe perſonaliter neceſſe eſt. Et cùm Dei ſint operationes, & à diuina prodeant perſona; in genere illo, vt potè meritorio aut ſatisfactorio, efficacitate pollent infinita: vnde cũctis hominibus, imò, ſi inueniri poſſent, infinitis æternam promeruit gloriã, & pro totidem pariter ſatisfecit. Id quod & D. Iohannes docet, vbi ait:

1. Ioã. 2. „ Quoniam ipſe eſt propitiatio pro „ peccatis noſtris, nõ pro noſtris au- „ tem tantum, ſed etiam pro totius „ mundi. Quo fit, ut indulgentiarum theſaurus, qui quidem ex pœnalibus Chriſti operibus (quæ, vt diximus, quatenus à diuina prouenerũt perſona, infinita ſunt, atque immenſa) maximè ditatur, quòd priori ſententiæ Salomonis verbo perhibetur, neceſſario ſit infinitus.

2. QVOD ſi quiſpiam percunctaretur, quam ob cauſam opus fuerit etiam ſanctorum meritis theſaurum ipſum cumulari, cùm aliàs cenſeatur infinitus; equidem triplici ratione id factum eſſe reſponderem. Prima quidem vt Chriſti membra capiti forent ſimiliora. Secunda autem, vt eorum augeretur gloria. Verùm has duas rationes affatim perpendimus ſuperius. Tertia vero ratio eſt, quoniam opera illa ſua ipſorum natura (ſi diuina fulgent gratia) idipſum expoſcunt. Cum enim quatenus meritoria ſunt, quemadmodum & ſuo loco dicebatur, non abſque fœnore, eoquè magno pro Dei bonitate præmio donata ſint; & ut ſatisfactoria, incaſſum eſſe non debeant (Sanctos etenim illis nequaquàm indiguiſſe, ratũ firmumquè putamus) relinquitur, vt vel in aliorum ſatisfactionem cedere, vel ad hæc debuerint ordinari. Atquè hinc luce clarius euadit, eos inerudité ac inſulsè loqui, qui abſque diſcrimine vllo (quatenus meritoria, aut ſatisfactoria ſunt) de ſanctorũ operibus agentes, ſacrum Eccleſiæ theſaurum turpiter negare præſumunt. Franciſ. Mairo. Durãdus 4. Sen.

3. SED & neceſſitas eiuſdem theſauri ſequenti Salomonis verbo indicatur. Nam cùm reſpublica quælibet, ſi pro rei exigentia ordinata fuerit, quò pauperum neceſſitatibus ſubueniatur, proprium debeat habere theſaurum; Chriſtiana verò reſ-

„ publica ab eo fuerit inſtituta ; in
Coloſ. 1. „ quo, teſte Paulo, ſunt omnes the-
„ ſauri ſapientiæ ; & ſcientiæ Dei
„ abſconditi : ac propterea quàm re
ctiſſimè diſpoſitum eſſe perſpicuè pa
teat : complures quoquè ære alieno
adeò obſtricti in ea inueniantur, vt
ſatisfacere poſſe numquàm, facilè pu
tares ; nemini non certum eſſe de-
bet, eam quoque ſuum poſſideat the
ſaurum. Huius autem neceſſitatem,
vt dicebàmus, innuit Sapiens, cùm
ſacroſanctum Chriſti, atque ſancto-
rum bonorum operum cumulum,
theſauri nomine deſignauit.

3. CETERVM, quoniam ad
temporalis reipublicæ principé tem
poranei theſauri pertinet diſpenſa-
tio : nulli omninò verendum eſt,
quin theſauri ſpiritalis reipublicæ,
Eccleſiæ videlicet, ille ſit verus, vni-
cuſquè diſpenſator, qui eiuſdem rei-
publicæ caput eſt, nimirùm Ponti-
Matt. 16 fex Max. cui propterea eiuſdem ſpi-
ritalis theſauri claues collatæ fuerũt.
Ex quibus facilè colligitur eodem ſa-
nè verbo diuini theſauri diſpenſator
inſinuari.

4. SED, ſi accuratius eandem
perſpexeris particulam, diſtributio-
nis quoq; cauſam ibidem poteris in-
uenire. Si enim mundanæ republi-
cæ director illius theſaurum aperire,
& ex ipſo cuipiam abſque conuenien
ti, iuſtaquè cauſa impertiri nequit,
alioquin non æquus diſpenſator, ſed
prodigus dilapidator iure optimo ha
beretur: Reuera neque ſummus Pon
tifex citra cauſam (quam tamen nos
expendere minimè debemus) ſacrũ
Eccleſiæ theſaurum diſtribuere po-
terit.

5. QVOD verò eiuſdem theſau-
ri perpetuitas, ſeu indeficiens dura-
tio, eodem oſtendatur in loco, haud
obſcurè agnoſcet, qui ſequens ver-
bum animaduerterit. Ait enim:
„ Infinitus theſaurus eſt hominibus.
Quia enim, teſte Paulo, ſine pœni- Ro. 11
tentia ſunt dona, & vocatio Dei ; vt
puta, fides, ſpes, charitas, & id ge-
nus penè innumera, quæ nunc pro-
ſequi vitioſum eſſet: & ſacer Eccle-
ſiæ theſaurus dubio procul Dei do-
num eſt (vnde indulgentias, quæ ex
ipſo conſtant, olim dona, aut dona-
tiones appellari conſueuiſſe ſuperius 2. Cor. 2
dicebamus) ſanè opus eſt, ut quate-
nus à Deo eſt, meritò cenſeatur pe-
rennis. Sed hoc vbi de ſacri IVBI-
LEI tempore agebatur, comprobatũ
eſt manifeſtè. Cum verò nec con-
ſumi, nec profundi vnquàm poſſit,
hoc ipſum ſuapte natura illi conueni
re neceſſarium eſt. Quod ſanè ma-
gnæ lętitiæ cauſa ſpiritalibus debito-
ribus eſſe debet, cùm videant Dei
munere factum eſſe, vt habeant vn-
de debita ſua quantũuis magna (dum
tamen ille, ad quem ipſius theſauri
ſpectat diſpenſatio, illius participes
eos facere dignetur) diſſoluere va-
leant.

VERVM quamuis theſaurus
hic, quoniam perpetuus, atque infi-
nitus eſt, non diſtribuatur vnquàm
totus, non tamen propterea poſt vni
uerſalis iudicij diem putãdus eſt in-
caſſum remanſurus, nulloquè vſui
fore ; tum quia, numquam non erit
cuiuſdam accidentalis gaudij occa-
ſio Sanctis illis, qui ſuis eum meritis
cumulauerint : tum quia, in perpe-
tuum euidens ſignum erit, Deum
omnes homines, vt ait Apoſtolus, 1. Tim. 2
ſaluos fieri uoluiſſe, cùm non bapti-
ſmi, ac pœnitentiæ ſacramenta tan-
tum, pro dimittendis omnium ho-

minum

minum culpis contulerit Eccleſiæ;
verùm etiam pro expiandis eorundē
pœnis indulgentiarum theſaurum
comparauerit: tum etiam, quia hinc
non immanifeſtè cōſequitur, ipſum
damnatis ſemper fore argumento,
quòd ipſimet ſibi damnationis cauſa
fuerint, non Deus, qui propterea iu-
,, re illis exprobare poterit: Perdi-
Oſe. 13 ,, tio tua ex te Iſrael eſt, tantummo-
,, do in me auxilium tuum.

6. SED ad Sapientis verba redea-
mus, qui etiam illos, quibus Eccle-
ſiæ theſaurus diſpenſatur, manifeſtè
demonſtrat, cum ibidem ſubiungit:
,, Hominibus. Hominibus, inquit,
non Angelis; quoniam, cùm iuxta
Pſ. 102 Prophetam Dei voluntatē exequan-
tur ſemper, eius opus habere non
poſſunt. Non dæmonibus, qui tanta
,, tenentur obſtinatione (Indura-
Iob. 41 ,, tum quippè eſt, inquit Iob, cor
,, eorum quaſi lapis) vt reſipiſcere
numquàm valeant. Non infideli-
bus, qui cùm non credant, iam iu-
Ioa. 3. dicatos eſſe in ſacro Iohannis euan-
gelio proclamantur. Non hæreticis,
quoniam, cùm ipſum deſtruere in-
,, deſinenter conentur; proprio iu-
Tit. 3. ,, dicio (inquit Paulus) condemna-
,, ti ſunt. Infinitus ergo theſaurus
eſt hominibus, nimirum orthodo-
xis. Eorum enim maximè cauſa in-
uentus, cumulatus, locupletatus, at-
que Eccleſiæ collatus eſt.

7. QVOD verò eorum etiam,
quibus theſaurus iſte communican-
dus eſt, neceſſario conueniens requi-
ratur diſpoſitio, haud obſcurè indi-
,, cat Sapiens, cum ſubiungit: Quo
,, qui vſi ſunt. Magno quippè diſ-
crimine vti, & abuti hæc duo voca-
bula, ſecernuntur. Vti enim, Au-
D. Aug. guſtino teſte, eſt, rem in eum fi-
nem, in quem ordinata fuerit, re-
ferre: & tunc quidem res utilis eſſe
perhibetur; quòd ſi ſecus fieret, vti-
lis vtique non eſſet. Abuti ergo eſt
malè vti; hoc eſt, rem in finem illum,
in quem ſecundum ſe non dirigitur,
ordinare; vnde idem D. Auguſtinus D. Aug.
librum edidit (niſi fortè mentitur au
thorem) quem de duodecim abuſio
num gradibus apppellauit. Vt igitur
eos, qui ſacrum percepturi ſunt IV-
BILEVM, diſpoſitos eſſe debere Sa
,, piens deſignaret, Quo qui vſi ſūt,
inquit. Non enim vtuntur, ſed abu-
tuntur hoc theſauro; qui non ea, qua
deberent, præparatione ad ſacras in
dulgentias accedunt. Non vtuntur,
ſed abutūtur ipſo; qui, cum per IV-
BILEVM eius participes effici ve-
lint, ea, quæ in ipſius IVBILEI di-
plomatibus ab eiuſdem theſauri diſ-
penſatore mandantur, facere non
contendunt.

8. POSTREMO, quòd Sapiēs
& de IVBILEI fructibus eodē lo-
quatur loco; manifeſtum eſt. Nam
cum dixiſſet, theſaurum illum infini
tum propter homines inuentum eſſe,
,, atq; ditatū, protinus addidit: Quo
,, qui vſi ſunt, participes facti ſunt
,, amicitiæ Dei.

SED antequā de illis, dequè aliis
tractare incipiamus, illud omittēn-
dum eſſe non arbitror, ſcilicet quòd
diſputaturi de ſacri IVBILEI fru-
ctibus, nō eam aſſumpſimus prouin
ciam; vt de omnibus ſigillatim diſ-
ſerere ſtatuerimus. Neque enim nos
fugit, ſi tam remotos, quàm proxi-
mos inſpexerimus; eos plures eſſe
quàm in præſentia receſere, atque ex-
pendere valeamus. Quapropter de il
lis tantum agere decreuimus, quos
loco citato innuit Sapiens; dequè il-
lis,

lis, quos etiam nos ipſi aut ex ſacris literis elicere, aut ratione duce pere- rimus inueſtigare. Sed iam illos, & primo quidem eos, qui hoc in loco à Salomone ponuntur, aggrediamur.

De duobus Iubilei fru- ctibus à Salomone enumeratis.
Cap. 4.

IGITVR etſi cõ- plures ſunt miſe- riæ illæ, quibus ho mo in hac mortali vita iactatur, iuxta
„ illud: Homo na
„ tus de muliere Iob. 13.
„ breui viuens tẽpore, repletur mul-
„ tis miſeriis; attamen omnes ad hęc
duo ærumnarũ genera reuocari vidẽ tur: nempe ad illud, quod eſt ſubeſſe malo; & ad illud, qd eſt carere bono. Qui enim & pauper eſt (vt exemplo quoque id, quod dicimus, euidentius pateat) & ære alieno obſtrictus; pri- mo ſubeſt calamitatum generi: qui verò inopia quidem torquetur, ſed nulli ob quoduis debitum obligatus eſt, alteri.

AT tam grauis miſeria peccatum eſt, tamquè execranda; vt homo, etiã poſt cunctorum remiſſionem pecca- torum; duabus hiſce ærumnis non numquàm ſubiiciatur. Priori quidẽ; quoniam (quemadmodum aliàs di- ctum eſt) luendæ pœnę remanet ob- noxius: alteri verò propterea ſubie- ctus eſt; quia, tametſi à Deo in gra- tiam receptus ſit, nihilominus quo- uſque diuinę iuſtitiæ fuerit ſatisfactũ, non videtur veram perfectãquè, quã- tum ad omnia, (vt paulò inferius ex- plicabimus) Dei amicitiam conſe-
quutus. Et quoniam Deus, teſte Pau- Eph. 2.
lo, diues eſt in miſericordia, eamquè IVBILEI anno (vnde & remiſſio- nis annum meritò appellari ſuperius dicebamus) maximè exercere velle dignoſcitur; ideo duo eiuſdem IV- BILEI fructus in verbis illis, quæ iamdudũ expendimus, obijciuntur à Salomone. Et primus quidẽ vt cauſa, alter verò vt effectus: primus vt me dium, alter vt finis: & ille quidẽ pau lò clam, hic autem apertè palamquè docetur.

EST igitur primus IVBILEI fructus (quamuis ab ipſius IVBI- LEI natura parum differre videa- tur) pœnarum omnium etiam numẽ ro, ſiue grauitate infinitarum, quas aut præſenti, aut futuro ſeculo, diuina exigente iuſtitia, expiare oporteret; vera, perfectaquè remiſſio. Ex the- ſauro enim illo, ſcilicet ex Chriſti, & Sanctorum meritis, omnibus, qui piè ſanctèquè IVBILEVM ſumpſe- rint; hoc eſt, ea omnia, quæ Sũmorũ Pon. literis fieri pręcipiuntur, religi- osè abſoluerint; tantũ erogatur, quan tũ pro luẽdis pœnis ipſos pati oporte ret. Porrò ſecundus, qui ex primo oritur, pariter IVBILEI fructus vera perfectaquè eſt Dei amicitia.

SED pro euidentiori huius rei cõ gnitione ſciendum eſt, culpam quidẽ
in cauſa eſſe, cur inimici Dei efficia-
mur. Ait enim Iſaias propheta: Eſa. 59
„ Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter
„ vos, & Deum veſtrum: & proptè
rea ea ſublata rurſus ad ipſius dile- Caiet. op.
ctionẽ erigimur; nihilominus quouſ- to. 2. q. 27
q; pro criminibus maximo nõ ſatis- Do. Sot. 4
fecerimus vindici (vti ex Caietano, Sen. d. 24
atque ex Soto apertè colligitur) vnde- 5. ar. 4

quaque

quaquè perfectam non uidemus aſſe
quuti ipſius amicitiam. Cuius rei ar-
gumento vtique non obſcuro eſſe po
teſt, quòd eos, qui eiuſmodi fuerint,
neq; ad cœleſte admittit conuiuium,
Ioa. 14 neque in locum illum, quem ſuis pa-
rauit amicis, excipiuntur vnquã. Cũ
tamen hæc vſque adeò cum perfecta
amicitia pugnare videantur, (non
enim amicus amicum excludere po-
teſt) vt qui tales ſe ſe nobis exhibue-
rint, verorum abſolutorumquè ami-
corum nomine indignos eſſe pute-
Reg. 14 mus. Id quoque in diuinis ſcripturis
myſticè deſignatur. Cum enim Abſa
lon in patrem ſuum Dauid grauiſſi-
mè deliquiſſet, moxquè ab eo rece-
ptus eſſet in gratiam; noluit tamen,
vt ad ſe videndum accederet. Quo-
niam igitur IVBILEI virtute à
pœnis omnibus ob crimina luendis
eripimur; conſequens eſt, vt Sapiens
„ ſapientiſſimè dixerit: Quo qui vſi
„ ſunt, participes facti ſunt amici-
„ tiæ Dei.

QVOD ſi ſcire optas, quàm
mirabilis, quamquè excellens ſit pri
mus IVBILEI fructus, præ ocu-
lis habeas oportet, quantum pertur-
bent, quantumquè exterreant, etiam
ſola imaginatione concepta, ante-
quàm actu inferantur, nec non quan
tum affligant, crucient, torqueant,
ac penè exanimient, vbi ſe ipſa infe-
runtur, ſupplicia. Rurſus opus eſt ad
memoriam reuocare purgatorij pœ-
nas (quibus neceſſe eſt Dei iuſtitiæ fu
turo ſeculo ſatisfaciat, qui præſenti
id efficere non curauerit) citra com-
parationẽ vllam hiſce omnibus quas
D. Aug. hic patimur, quod D. Auguſtinus,
in Pſ. 31 vt ſupra diximus, apertè docet, du-
M. 4. Sẽ. riores, aſperiores, grauioreſquè at-
d. 20. que crudeliores eſſe. At ſecundus pa-
riter IVBILEI fructus tunc præ-
clarè agnoſcetur, cum perſpectũ fue
rit, quanti faciant huius ſeculi homi Luc. 6.
nes ducũ, regum, principũquè ami-
citiã. Vix enim dici, aut cogitari po
teſt, quibus artibus pro ea aſſequen-
da vtantur; quot ſubeant labores,
quot ferant incommoda, quot adeãt
pericula, vt eam tueri queant. Sed
neque æſtimari poſſet, quot vtantur
muneribus, quot conentur expen-
ſis, nec non (quòd non rarò accidit)
quot patiantur, vt eam augeant, pec-
catorum ſordibus inquinari. Cum
ergo, vt nunc dicebamus, alter ſa-
cri IVBILEI fructus ſit veræ per-
fectæquę amicitię Dei acquiſitio (ait
„ enim Sapiens: Quo qui vſi ſunt,
„ participes facti ſunt amicitiæ Dei)
conſequens eſt, vt & maximus ſit &
à Chriſtianis omnibus plurimi exiſti
mandus. Verùm ad reliquos progre
diamur.

De quatuor Iubilei fru-ctibus à propheta Da uide enarratis.

Cap. 5.

QVAMVIS non
pauci ſint, illiquè
omnes verè præclari
diuini amoris effe-
ctus; ille tamen val
dè admirabilis eſſe
videtur, quòd qui eo ſuccenſi fuerint,
nihil agere, & planè ceſſare inuenian
tur numquam. Vnde igni, qui iuxta
philoſophantium ſententiam maxi-
mè actiuus eſt, perſimilis eſſe perhi-
betur, & ignis nomine à Domino
„ appellatur. Ait enim: Ignem ve- Luc. 12
ni

,, ni mittere in terram, & quid volo,
D. Greg. in Ioan. ,, niſi vt accendatur ? Et Gregorius
,, eiuſdem amoris naturam expen-
,, dens : Núquam eſt, inquit, amor
,, Dei otioſus, operatur enim ma-
,, gna, ſi eſt; ſi autem operari renuit,
,, amor non eſt. Cum igitur Chri-
ſtiani homines per ſacri I V B I L E I
adeptionem, veram Dei amicitiam,
vt diximus, cõſequantur, ſicquè eius
amore magis inardeſcant; opus eſſe
videtur, vt feruentius quoque bonis
operibus inſiſtant. Quòd cum longe
ante Propheta patefactum eſſet; de an
ni ſancti ſublimitate Dominum allo
Pſal. 64 ,, quens dixit: Benedices coronæ an
,, ni benignitatis tuæ. Annus quippè
benignitatis Dei, vt ſupra dictum eſt,
annus ille peculiariter eſt, quo ſacer
I V B I L E V S celebratur. Portò
benedicere Dei hoc in loco pro eo,
quod eſt fœcundũ, ſeu feracem redde
re, ſumitur: quo ſenſu dixit Laban ad
Gen. 30 ,, Iacob: Scio quòd benedixerit mi-
,, hi Dominus propter te. Et alibi di
Gen. 39. ,, citur: Benedixit Dominus domui
,, Egyptij propter Ioſeph. In eandem
quoque ſignificationem, & in ſacro
Le. 25. Leuitico vſurpatur. Cũ enim Deus,
vt ibidem legitur, mandaſſet, vt ſex-
to anno neque ſererent, neque mete-
rent; nè conquerendi occaſionem ha
buiſſent, quaſi eos moriendi fame pe
riculo obieciſſet; adiunxit: ſe anno
ſexto benedictionem daturũ, vt vel
trium annorum perciperẽt fructum.
Sed verba illa hũc in locũ referamus:
,, Quòd ſi dixeritis, inquit, quid co-
,, medemus ãno ſeptimo, ſi nõ ſerue
,, rimus, neque collegerimus fruges
,, noſtras? Dabo benedictionẽ meã
,, anno ſexto, & faciet fructũ triũ an
,, norum. Erit igitur dauidicæ pro-
phetiæ ſenſus: quòd Deus (quæ ſua
eſt erga Chriſtianum populum beni-
gnitas) I V B I L E I annum, fructuũ,
ſegetumquè, quouis alio feraciorem
efficeret. Hoc eſt, quòd eundem ſibi
dilectum populum ſpiritalibus bo-
nis ſolitò vberius cumulaturus eſſet.
Verum quo explicatius prophetiam
,, iſtam proſequeretur, adiecit: Cam
,, pi tui replebuntur vbertate. Pin-
,, gueſcent ſpecioſa deſerti. Induti
,, ſunt arietes ouium. Valles abun-
,, dabunt frumento.

V T autem tam eximium vaticinium melius intelligamus, attenden
dum eſt, Chriſtianum populum ſa-
tis commodè diuidi poſſe in iuſtos,
& peccatores: & rurſus, in antiſtites
& ſubditos. Non enim poteſt quis in
ter illos recenſeri, qui non ſit aut iu-
ſtus, aut iniuſtus: quiquè non ſit vel
præſul, vel ſubditus. Igitur cum Pro
phetæ hoc in loco ea eſſet intentio, vt
inſolitam, atque ſingularem anni ſan
cti enarraret vbertatem; Chriſtianos
quoslibet quatuor hiſce gradibus cõ-
plexus, metaphora quadam nequa-
quam illepida eos bonorum operum
fructibus I V B I L E I anno lõgè ma
gis quàm vnquã abundãtes fore præ
dixit. Sunt igitur lati, æqui, pingues,
vbereſquè campi, iuſti; quos iccirco
,, Dei eſſe dicit (Ait enim: Cãpi tui re
,, plebũtur vbertate) quòd ab eo præ
,, aliis diligantur, Ego, inquit, dili- *Pro. 8.*
,, gentes me diligo. At verò incul-
ta, inuia, aſpera, ruderibuſquè plena
deſerta peccatores dicuntur: qui
propterea quòd baptiſmate ab ori-
ginali labe abluti ſint, aut quòd fidẽ
(tametſi mortuam) habeant, nõ fru
ſtra ſpecioſi vocantur. Porrò arietum
nomine, quòd fortes; fœcundi, ouiũ-
què (ſubditorum ſcilicet) duces, ac
defenſores ſint, non temerè intelli-
guntur

guntur antiſtites. Sed inferiores, humiles, ac ſub montibus iacentes valles meritò ſubditos quoſque deſignant. Erit igitur diuinæ huius propheriæ intelligentia: Annum quendam verè fœlicem, vereque beatum

Tit. 3 venturum, quo benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei rurſus nobis apparere dignaretur. Et hic dubio procul ſacri IVBILEI eſt an-

1. Pet. 1. nus: quando Deus ſecundum miſericordiã ſuam magnã benedicens in

Eph. 1. omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus Chriſtianum populum, bonis omnibus eum cumulaturus eſſet.

1. PRIMO enim eius campi, iuſti videlicet, ob ipſius Dei honorem, ob propriam aliorumquè ſalutem, longe, magisquàm antea bonis operibus incumberent.

2. DEINDE quia ſpecioſa deſerti, peccatores ſcilicet ad Deum redeuntes, eiuſq; ſuſcipientes benedi-

Luc. 3. ctionẽ, ac pœnitentiæ fructus pro virili facere cupientes; nõ ſegniter, aut oſcitanter peccata ſua confiterentur, neq; rarò è ſacerdotũ manibus ſacro ſanctã ſumerent euchariſtiam, ſicquè metamorphoſi quadam ipſi quoque in pingues vertetentur campos.

3. ARIETES etiam, Antiſtites

Matt. 22 videlicet, eo præſertim anno nuptiali veſte cultius exornati, charitatis opera ardentius exequerentur, & quò aduentantes peregrini, benignius excipi, liberalius refici, eiſquè neceſſaria miniſtrari poſſent; ſolitò largiores prçberent eleemoſynas.

4. VALLES quoque, ideſt ſubditi, præſules, quoad fieri poterit, æmulantes, eodem anno redundarent frumento; nimirum vtriuſque miſericordiæ, & ſpiritalis videlicet, & corporalis, operibus ſolitò cumu latius fierent abundantes.

SED neque his contentus vates ille diuinus, innuit, quanta eã ob cauſam futura eſſet ſanctorum Angelorum lætitiã (quæ ſimiliter inter ſacri IVBILEI fructus receſeri debet)

„ cum ſubiungit: Exultatione col- Pſal. 64
„ les accingentur. Clamabunt, etc-
„ nim hymnum dicent. Verum, vt hæc faciliùs pateant, animaduertendum eſt, Angelos illos, quibus hominum cuſtodia demandata eſt iuxta Theologorum; maximè verò D. D. Tho. 1
Thomæ ſententiam, inferioris eſſe q. 103.
ordinis, & iccirco ſuperiorum ordi- ar. 3.
num ſpirituum comparatione eſſe ceu colles quoſdã perpulchros montibus comparatos: cum tamen ipſi quoque nonnumquam montiũ nomine haud immeritò intelligantur;
„ iuxta illud: Leuaui oculos meos Pſ. 120
„ in montes, vnde veniet auxilium
„ mihi. Cũ igitur ij maxima quadã afficiantur lætitia, cum vident Chriſtianos, illos præcipuè quorum curam gerunt, ad Deum redire, cum- Matth. 5
què bonis operibus glorificare, quéadmodum ex grauiſſimo Saluatoris Luc. 15
noſtri teſtimonio ſuperius dicebamus: non mirum planè, præſertim cum ſacri IVBILEI tempore à Chriſtianis hæc maximè fieri dignoſcantur; ſi Angeli maiori exultant gaudio? & ſi proptérea nouo quodam modo hymnum Deo dicere perhibentur.

P De

De quatuor alijs mirabilibus ſacri Iubilei fructibus. Cap.6.

MVLTA quidem ſunt
quæ ad bona opera
haud ſegniter exercẽ-
da quemlibet indu-
cere poſſunt; attamẽ
hæc quatuor, quę, pręſertim cũ publi-
cè atque in cõſpectu omnium fiunt,
ea neceſſariò ſequuntur, primum lo-
cum obtinere videntur: nimirum
quòd propterea glorificetur Deus; ho
norẽtur Sãcti; ad ſimilia atq; maiora
prouocetur proximus; & qui eis vaca
uerint, magnis diuitiis cumulentur.

1. ET quidem de primo eorum ef
fectu nullus hæſitare debet. Etenim
ſi teſte Paulo, ob mala opera ſanctiſ-
Ro. 2. ſimum Dei nomen blaſphemiis ob-
,, ſcuratur (Ait enim: Nomen Dei
,, per vos blaſphematur inter gẽtes)
neceſſe eſt, vt glorificetur ob bona: id
quod apertè idemet Apoſtolus docet,
1. Cor. 6 ,, cum ait: Glorificate, et portate Deũ
,, in corpore veſtro. Vnde cum di-
,, xiſſet Dominus Petro: Cum eſſes
,, iunior cingebas te, & ambulabas
,, vbi volebas: cum autem ſenueris,
,, alius cinget te, & ducet quò tu non
Ioa. 21. ,, vis; Adiunxit Euangeliſta: Hoc
,, autem dixit, ſignificans qua morte
,, clarificaturus eſſet Deum.

2. QVOD autem Sancti propte-
rea honorentur, licet nõ videatur vſ-
que adeo neceſſarium, ex his tamen,
non ineptè deduci poteſt: tum ſcili-
cet, quia regis gloria in heroũ quo-
que honorem cadere oportet, quem-
admodum illius dedecus, ac probrũ
in eorundem vertitur vituperium:
tum quia, præter opera illa, quorum
ſcopus eſt Sanctorũ honor (quæ qui-
dem quàm plurima eſſe nemo non
nouit) qui bonis operibus vacant,
Sanctos quoque ipſos, quòd citra eo-
rum honorem eſſe non poteſt, imita-
ri contendunt.

3. PORRO quòd proximus
quiſque eiſdem bonis operibus ad ſi
milia peragenda prouocetur, re qui-
dem ipſa maximè patet. Nãque bo-
nis operibus ad benè atque Chriſtia-
nè viuendum magis inardeſcimus,
quàm ſermonibus. Vnde & Leo Pa- D. Leo.
,, pa: Validiora, inquit, ſunt exem-
,, pla, quàm verba; & plenius opere
,, docetur, quàm voce. Quod ne-
que poeta ille ignorauit, qui dixit:
Segnius irritãt animos demiſſa p aurẽ, Horat.
Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

4. AT quis neſciat bona opera his,
qui ea fecerint, eſſe perutilia, imò pe
nitus neceſſaria, cũ diuinæ ſcripturę
ad ea patranda quàm ſępiſſimè homi
nes adhortentur? Dicit namque Sa-
,, piens: Quodcumque facere poteſt Eccl. 9.
,, manus tua, inceſſanter operare: &
,, Paulus: Quæ inquit, ſeminauerit 2.Cor.9
,, homo, hæc & metet; et: Qui ſe-
,, minat in benedictionibus, de be-
,, nedictionibus & metet. Sed & apo
ſtolorum Princeps fideles quoſque 2.Pet. 1.
commonebat, vt per bona opera ſuã
ipſorum vocationem & electionem
certam facere ſatagerent.

IGITVR ſi generatim cunctis
bonis operibus hęc neceſſariò conue
nire comprobantur; nunquid nõ ne-
ceſſe eſt, vt hoc quoque opus, nimirũ
ſacro intereſſe IVBILEO, & ip-
ſius ſuſcipiendi gratia ea omnia, quæ
agenda ſunt, piè efficere conari, ea-
dem comitentur?

1. PRIMO quidem ſi Deus elee-
moſynis

moſynis honoratur, iuxta illud : Ho-
Pro. 14 „ norat Dominũ qui miſeretur pau-
„ peris ; ſi precibus ad eum fuſis il-
Pſal. 23. li impenditur honor, quod in Pro-
„ pheta docet, cum ait : Sacrifi-
„ cium laudis honorificabit me ; Si,
1. Cor. 6. iuxta illud Apoſtoli teſtimoniũ quod
„ paulò ante attulimus, nẽpe: Glori-
„ ficate, & portate Deum in corpore
„ veſtro ; bona iuſtaq; Sanctorũ vi-
ta honore efferetur Deus: ſanè cũ ple-
rique Chriſtianorum, præſertim I V-
B I L E I anno, his operibus, vt ſu-
pra comprobatum eſt, ardentius va-
cent; nulli non compertum eſſe po-
teſt, quòd Deus tunc maximè ho-
noretur.

2. SED quòd Sancti eodẽ præcipuè anno magno efferantur honore, hinc apertè cognoſcitur : quoniam tunc Sãctorum adimus baſylicas, ad eorum ſepulchra oramus, ipſorum veneramur reliquias, res geſtas enarramus, recolimus paſſiones, eorumquè precibus nos committimus; quæ omnia in eorum honorẽ verti liquidius conſtat.

3. QVOD verò IVBILEI anno præcipuè proximus quiſque ad bona exercenda opera impellatur, ex his maximè patet: quòd qui anno ſancto IVBILEI gratia Romam pergunt, ne mox fruſtra laboraſſe contingat; ea omnia, quæ propterea facere iubentur, piè ac religioſè exequi ſtudent. Vnde dum loca illa ſanctitate inſignia viſunt, nõ rarò compunguntur, tundunt pectora, terram humiliter exoſculantur, ſuſpirant, ac nõ numquam dulces lachrymas fundũt; quo fit, vt alterutrum bona opera videntes ad benè viuendum exemplis trahantur; atque aut inflammentur magis, aut viuendi modum prorſus ſtatuant immutare. Omittimus autẽ Romanorum opera, quæ, præcipuè IVBILEI tempore tam egregia, tam inſignia, tamquè præclara ſunt; vt non abſque veritate dici poſſit, Romam non doctrina tantum, ſed & vitæ exemplo, magna ſaltem ex parte, omnium gentium ducem eſſe, atque magiſtram.

4. POSTREMO ſi merentur, qui Dei gloriam quærunt; ſi Sanctorum iuuantur patrociniis, qui eos honorare ſtudent; ſi eorundem bonorũ participes efficiuntur, qui ob bona exhibita exempla in cauſa fuerint, vt eadem aut ſimilia ab aliis quoq; fiãt: rurſus ſi quò plura fuerint bona opera, eò quoque plura eorum ſunt merita; &, vt diximus, qui ad IVBILEVM pergunt, necnon & quicumque ipſius participes effici cõtẽdunt, Deum magis glorificant; Sanctos maiori proſequuntur honore; maiora, pluraquè bonorum operum præbent exempla ; atque, vt ſæpè dictum eſt, bonis operibus magiſquã vnquam incunbunt : quis vnquam putare poterit non eſſe plures, ac verè inſignes ſacri IVBILEI fructus? At quoniam de his hactenus ſatis diſſeruiſſe mihi videor, operæpretium eſt, vt iam de illis agamus, qui eorum participes fieri ſtudere debent; & vbi eorundem potiti fuerint, quo pacto eos ſeruare queant, dilucidè oſtendamus.

Quòd Chriſtiani omnes curare deberent, ut ſacro intereſſent Iubileo. Cap. 7.

AT verò cognouiſſe
ſacri IVBILEI
neceſſitatem, eius
eſſentiã inueſtigaſ-
ſe, anni quoque ſan-
cti expendiſſe præ-
ſtantiam, atque admirabiles ipſius
IVBILEI fructus inſinuaſſe; pa-
rum aut nihil lectoribus afferret vti-
litatis, niſi vt illius participes mere-
rentur effici, mox ſummis viribus
niterentur. Quapropter licet primo
huius operis libro IVBILEVM
ex parte hominis neceſſariò inſtitutũ
fuiſſe probauerimus, atque iccirco
(niſi forte nobis accidit, quod di-
citur:

*Cantabant ſurdo, & nudabant pe-
ctora cæco*)

ab hominibus cunctis quæri debere
modo aliquo perſuaſerimus: nihilo-
minus quò labor hic noſter pluribus
proſit, operæpretium me facturum
puto, ſi hoc quoque in loco, quoad
fieri poterit, clariùs validiuſquè idẽ
præſtare curabimus; nimirum om-
nes, quotquot Chriſtiano nomine
gloriantur, debere conari, anno vi-
geſimoquinto Romæ adeſſe, ibiquè
diuina ſacri IVBILEI dona ſu-
ſcipere.

1. SCIENDVM igitur nos
quatuor bonorum genera, nempè
bona animæ, bona corporis, fortu-
næ bona, (ſic enim appellari cõſueue-
runt) & bona gratiæ hac conditione
Iob. 2 de manu Domini ſuſcepiſſe, vt ad
ipſius gloriam, & ad noſtram vtili-
tatem eis vteremur: quòd ſi ſecus fie-
ret, eius efficeremur debitores. Ve-
rùm quia circa eorundem bonorum
vſum omnes quidem delinquere cõ-
uincuntur (ſcriptum eſt enim:
„ In multis deficimus omnes) ſed ta- *Iacobi 3.*
men alius alio grauius cadit, magiſq;
delinquit; ideo quidam grauioribus,
quidã verò leuioribus debitis obno-
xij fiunt; id quod Dominus noſter
apertiſſimè docuit. Nam de tribus
debitoribus mentionem facit; quo-
rum non nulli denarios quinquagin
ta; alij quingentos; quidam verò de
cem millia talenta debebãt. De prio-
„ ribus quippè ſcriptũ eſt: Duo de- *Luc. 7.*
„ bitores erant cuidã fœneratori, &
„ vnus debebat ei quingentos dena
„ rios, alius quinquaginta. De alijs
autem ſub vnius appellatione dici-
„ tur in Euangelio Matthæi: Obla- *Matt. 18*
„ tus eſt ei vnus, qui debebat decem
„ millia talenta. At ij, qui ære alie-
no vſque adeo obſtricti ſunt, com-
muni doctorum expoſitione, illi di-
cuntur, qui prauis operibus ſacro le-
gis decalogo contradicunt. Iam er-
go habemus, vnde, quàm ingens ſit
illorum numerus, qui maximis præ-
grauati ſunt debitis, agnoſcamus.
Multi enim contra primum decalo- *Philip. 3*
gi mandatum, ventrem, aut pecu- *Gal. 5*
niam, aut creaturam aliam pro Deo *Pſal. 80*
habere non metuunt. Non pauci ci-
tra iudicium, iuſtitiam, ac veritatẽ
(quæ iuramentum comitari debere
teſtatur Ieremias) contra ſecundum *Hiere. 4*
iure iurando illud, quod à veritate
alienum fuerit, aſſeuerant. Sunt etiã
plures, qui tertio præcepto minimè
obſiſtente, non modo ſabbatha non
ſanctificant, ſed ſacras ferias ſcelera-
tioribus violent, polluantquè operi-
bus.

bus. Sed neque rari ſunt, qui tum carnalibus, tum ſpiritalibus parentibus honoris ac reuerentiæ loco iniurias atque contumelias irrogare non vereãtur. Permultos quoque inuenias, qui (tametſi id quinto Dei præcepto cuiquè inhibeatur) iniuriarum obliuiſcantur numquàm; & ſi enſe offendere nequeunt, corde ac lingua numquã non lædere curent. Perpauci quoq; inueniũtur, qui ſexto atque nono legis mandatis repugnantibus ea nõ faciant, aut verò facere non optent, quæ Chriſtiano ho-
Rom. 1 mini non conueniunt. Rurſus cũ plerisq; hominũ nedũ à iocoſis & obſequioſis, ſed à pernicioſis mendaciis minimè abhorreant; profectò rari erunt, qui & octauum legis præceptum nõ tranſgrediantur. Deniquè pauciſſimi eſſe uidentur, qui uſuris, latrocinijs, expilationibus, dolis, ac fraudibus aduerſus ſeptimum ac decimum legis mandatum, numquam agant. En igitur quot inueniantur, qui vel decem millium talentorũ debitores euaſerint; ac propterea quot ſint, qui ſacro indigeant IVBILEO.

2. QVOD ſi quiſpiam fortaſsè diceret, ſe magno debito non teneri, & iccirco ipſius IVBILEI theſaurum ſibi opus non eſſe putauerit; hic ſanè temeritatis nota haud iniuria
Matth. 4 inureretur. Erat enim Petrus magna ſanctitate prædìtus, quippe qui omnia, quæ habebat, quæque habere poterat, vt Chriſto nudus adhæreret, dereliquerat; attamen tot ſe debitis implicitum putabat, vt cum Chriſto eſſe prorſus ſe indignum exiſtimaret, atq; propterea illi diceret:
Luc. 5 „ Exi à me, quia homo peccator „ ſum Domine. Erat quoque vir ſanctiſſimus gentiũ Doctor Paulus, qui ob Chriſti amorem, præter in- 1. Cor. 15
gentes labores, quos illius cauſa per- Philip. 3
tulerat; terrena omnia ſic contempſerat, vt veluti ſtereora arbitraretur; attamen veluti debitorum ma-
„ ximus clamabat: Chriſtus Ieſus 1. Tim. 1
„ venit in hunc mundum peccato„ res ſaluos facere, quorum primus „ ego ſum. Erat itidem ſanctitate verè inſignis prædilectus ille diſcipulus Iohannes. Etenim quo liberius
Chriſtum ſequeretur (vt ex D. Hiero D. Hier.
nymo, & Dionyſio Cartuſiano col- D. Dion.
ligitur) vxorem ipſo nuptiarum die Cartuſ.
dimiſit intactam, cæteraquè omnia contempſit, & virginitatis candore numquàm non reſplenduit: attamen in eorũ claſſem, qui alieno ære prægrauati ſunt, ſeipſum aſciſcens dice-
„ bat: Si dixerimus, quia peccatum 1. Ioa. 1.
„ non habemus, ipſi nos ſeducimus, „ & veritas in nobis non eſt. Ex his igitur iam ſatis conſtat, nullum aut dicere, aut opinari poſſe Dei ſe debitorem non eſſe. Nam quis eſt, qui dominicam orationem ſæpius in die perſoluere non debeat; ac propterea pro debitorum dimiſſione cœleſtem Patrem ſuppliciter deprecari, ac di-
„ cere: Dimitte nobis debita no-
„ ſtra, ſicut & nos dimittimus debi- Matth. 6
„ toribus noſtris?

3. SED eſtò, nullo debito teneretur obſtrictus, aut (quòd eſſe quidẽ poſſet) citra huius theſauri participationem propria ſoluere debita valeret: nihilo tamen minus eadem efficere ſtudere deberet, quæ pro IVBILEI ſuſceptione fieri iubentur: quandoquidem ſi eiuſcemodi opera, quatenus ſatisfactoria ſunt, illi non prodeſſent, cum neque ipſis indigere credatur; maximè vtique ei vſui

eſſent,

eſſent, quatenus meritoria (idé enim opus ſatisfactorium pariter ac meritorium inſimul eſſe, & Theologi omnes vnanimi declarant conſenſu, & nos ſuperioribus libris non obſcurè demonſtrauimus) ſed & in ſacrum Eccleſiæ ærarium non nullas inſerret diuitias.

4 Sent.

4. RVRSVS, nullus ſanè inuenitur, cuius aut pater, aut mater, aut vxor, aut filius, aut etiam quæuis perſona alia, quam vehementi proſequebatur affectu, vel cui ob plura ingentiaquè beneficia valde deuinctus erat, ex hac vita non migrauerit. Cum igitur horum nonnulli etiam nunc grauiſſimis fortaſsè purgatorii pœnis plectantur, & nequaquam ignorent, quanto charitatis affectu, cum adhuc inter mortales agerent, diligerentur ab eis, quantumquè ſibi debeant; præſtolantur ſacrum IVBILEI tempus, &, vt alio loco demonſtratum eſt copioſius, ceu lugubri ac flebili uoce eorundem quilibet ſupplex his uerbis deprecatur:

Iob. 19. „ Miſeremini mei, miſeremini mei „ ſaltem vos amici mei; quia manus „ Domini tetigit me. Qua propter meritò ingratiſſimus haberetur, & ob ingrati animi culpam debitis plectendus videretur pœnis, qui non ſummis viribus diuinæ iuſtitię eo prę ſertim tempore, cum tam magna offertur occaſio, pro ipſis ſatisfacere nõ curaret.

SI enim ditiſſimus, pariter ac liberaliſſimus inueniretur rex, qui omnibus regni ſui prouinciis miſſis præconibus ſignificaret, ſe ingẽtem cõparaſſe theſaurum, eo duntaxat conſilio, ut cuilibet ſubditorum, qui ære alieno grauaretur, tantum largiretur ex eo, quantum pro ſoluendis debitis cunctis, nec non pro redimendis captiuis opus eſſet; dummmodò ad præſtitutam, in qua erogandus eſſet, pergeret ciuitatem; quis vnquam tã iners, tam ignauus ac ſtupidus eſſet, qui quãtocyus non ingrederetur iter, & quanta poſſet celeritate ad vrbem illam non proficiſceretur, quò ſumma benigniſſimi illius regis vteretur liberalitate, & cuncta ſoluere debita, atque captiuos quoſque ſuos redimere poſſet? At Rex iſte tam magnus, tamquè benignus eſt ſummus Pontifex; qui veluti regum omnium maximus confirmat, corripit, & (cũ res ipſa poſtulat) inſtituit, aut etiam deiicit reges; & de quo haud iniuria dici poteſt:

Vno minor Ioue, diues, *Horat.*
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Non ignorat rex iſte clementiſſimus in ampliſſimo regno ſuo, nimirum in Eccleſia magna quã plurimos inueniri debitores, et innumerabiles penè duro crudeliq; ſeruitutis iugo mãcipatos detineri. Porrò tales eſſe animas illas, quæ purgatoriis torquentur pœnis, non ambigimus. Quapropter miſericordia permotus, cum ditiſsimi infinitiquè Eccleſię theſauri claues habeat; ubi uigeſimum quintum annum aduentare uidet, omnibus ſui regni hominibus nuntiatum iri curat: ut quicumque ſpiritalium debitorum onere premuntur, aut aliquos duro ſeruitutis iugo detẽtos habent, uiam ingredi feſtinent; quoniã vnicuique, quantum cuique pro pendendis debitis, redimendiſquè captiuis opus fuerit, dare pollicetur; dummodò (quòd ſanè æquiſſimum eſt, omnibuſquè perutile, quemadmodũ manifeſtis ſupra comprobatum eſt perſua-

Pſal. 21. *Matt. 16*

perſuaſionibus) Romam, vbi paratus theſaurus ille maximus diſtribuẽdus eſt, pergant; & quæ iubentur facere, minimè prætermittant. Quam ob rem cum optimè nouerint, qui veram ſynceramquè Chriſti fidem corde credunt ad iuſtitiam, & ore confitentur ad ſalutem, quàm vberes ſint ſacri IVBILEI fructus, quãtumquè ex eo lucri acquiri poſſit; nihil eſſe debet, quod eos valeat detinere, nimirum non familiæ negotia, non itinerum labores, non peregrinationum pericula, & ſi quid eſt eiuſmodi, quò minus operam omnem nauent, vt ſacro interſint IVBILEO: Alioquin his accidet neceſſe eſt, quòd ,, Sapiens præmonet, cum ait: Qui ,, obſeruat ventum non ſeminat; & ,, qui conſiderat nubes, numquam ,, metet.

Rom. 10 — Eccls. 11

Quod hæretici præſertim ſtudere deberent ſacro intereſſe Iubileo. *Cap. 8.*

SED ſi vllum hominũ genus ſacro indiget IVBILEO, eo ſanè indigent hæretici; ideoquè manibus ac pedibus (vt dici ſolet) operam dare deberent, vt ipſi quoque eius participes fierent. Quippe qui prodigum imitati omnia cum meretricibus, nimirum cum huius ſeculi delitiis, aut etiam turpibus opinionibus profuderunt. Sed age id quoque videlicet, quod iis præſertim opus ſit IVBILEVS, rationibus validiſſimis comprobemus.

Luc. 15

1. QVARVM prima ſit, quoniam ij tam grauibus obſtricti ſunt debitis, vt ea enumerare, aut etiam cogitatione conſequi, ne dum pendere, nemo poſſe videatur. Qualia vti que ſunt: quòd Eccleſias profanauerint; aras deſtruxerint; ſacras imagines fregerint, combuſſerint, uel deleuerint; Sanctorum corpora igni tradiderint; eorum reliquias conculcauerint; irrita fecerint ſacrificia; contaminauerint ſacramenta; eccleſiæ vſurpauerint patrimoniũ; ſolo æquauerint monaſteria; Deo dicatas Virgines violauerint; ſacerdotes aut occiderint, aut grauiſſimis affecerint cõtumeliis; calumniis onerauerint innocentes; deriſui habuerint Sãctos; ſacras corruperint ſcripturas; demũ *(O miſeras hominum mentes, ò pectora cæca)* cultum omnem Deo negauerint. Igitur cum agnoſcere teneantur ſcelera ſua (neque enim ignoſcit Deus, niſi homo agnoſcat) ſummaquè feſtinatione nullum non mouere lapidem, vt ab eis eripiãtur, vtque pro eis Deo ſatisfacere valeant, adiuuentur; ſanè ſummopere curare deberent, vt ſacri IVBILEI participes efficerentur.

D. Aug.

2. SECVNDA autem ratio eſt, quoniam animaduertere deberent, quàm magna erga eos Dei bonitas, ac longanimitas fuerit. Primo quidem quòd Deus ipſe, quò ſuã cũ eis exerceret miſericoadiam, atque ad pœnitentiam ipſos prouocaret, eos tamdiu expectauerit, tamdiu congruis ſupplicijs, quemadmodũ execranda eorum flagitia poſtulabant, eos afficere diſtulerit. Scriptũ nam- ,, que eſt: Expectat Deus, vt miſereatur

Eſa. 30

Rom 2 ,, reatur veſtri. Et Paulus: Ignoras
,, quoniam benignitas Dei ad pœni
,, tentiam te adducit? Deinde quòd
& in præſentia cum adeſſe feſtinat
1. Cor. 6 tempus acceptabile, Annus beni-
Pſal. 64 gnitatis Dei, Dies ſalutis; magnam
2. Cor. 6 reſipiſcendi, atque ex diris ſatanæ
Faucibus euadendi, nec non ipſi di-
uino ſummoquè iudici pro tam ſce-
leſtis præuaricationibus ſatisfacien-
di offert occaſionem; cum ſcilicet
vigeſimum quintum annum, quo ha
bendus eſt IVBILEVS, pleniſſi-
ma videlicet, cõmuniſſimaquè Chri-
ſtianorum cuilibet offerenda, præ-
ſtandaquè eſt peccatorum omnium
remiſſio, propè eſſe, eis quoque ſi-
gnificari iubet.

3. TERTIA verò ratio eſt, quo
niam ſi quando circa ea, quæ ad re-
ligionem attinent, in dubiũ aliquid
reuocari contigerit, videlicet, num
fieri, aut omitti debeat; tunc, qui du
bij fuerint, certa veraq; dirigentur re
gula, & abſque errore vllo progre-
dientur; cùm ad ea, quæ antiquiores
omnes eiuſdem Chriſtianæ religio-
nis cultores facere conſueuerunt, in-
ſpexerint. Neque enim dubitare quis
debet, aut etiam poteſt, quin a Spi-
ritu ſancto edocti, quæ eorum ſalu-
ti expediebant, fuerint exequuti. Et
hanc quidem legem docuit Moſes,
Deut. 31 ,, cum dixit: Interroga patrem tuũ,
,, & annuntiabit tibi; maiores tuos,
,, & dicent tibi. Sed neque obſtat,
quòd iam mortem obierint: quoniã
ſi non poterunt verbis reſpondere,
poterunt ſcriptis; ſi non poterunt
inſtruere ſermone, poterunt vitæ ope
ratione. Hac quoque inductus pie-
D.Hier. ,, tate D. Hieronymus aiebat: Illam
,, ſenex tenebo fidem, in qua puer
,, natus ſum. Si ergo hęretici de IV-
BILEI, dequè anni ſancti verita-
te ambigunt; & nùm Romam per-
gere (quod orthodoxos iam pluribus
annis feciſſe nouerunt) ſibi quoque
expediret, ſcire cupiunt; vt dubita-
tionem omnem repellant, interro-
gent, non quidẽ ſuos neotericos ma-
giſtros, quoniam, cum in omnem
Eccleſiæ veritatem coniurauerint, ve
luti mendaces, quod minimè verum
eſt, reſponderent: ſed patres, auos,
proauos, abauos, ceteroſquè præ-
deceſſores ſuos: & cum nulli non pa
teat eos fermè omnes centeſimo, aut
quinquageſimo, aut trigeſimo ter-
tio, aut etiam vigeſimo quinto anno
IVBILEI gratia, magna religione
ac pietate, cateruatim Romam con-
fluxiſſe; exemplo ſanè clariſſimo re-
ſpondebunt, ipſos quoque idipſum
facere debere. Quapropter veritate
agnita, veluti prudentes filij propriæ
ſalutis percupidi, pios religioſoſ-
què parentes imitari optantes debe-
rent ipſi quoque omni virtute cura-
re, vt cum Chriſtianis ceteris ſacro
intereſſent IVBILEO.

4. QVARTA verò ratio ſit hęc, Deut. 31
nimirum quòd ſapere, & intelligere
ac nouiſſima prouidere deberent;
atque iccirco vehementer timere, ne
ſi tanta Dei benignitate non vteren-
tur; ſi tam grandem occaſionem na- Heb. 2
cti non redirent ad meliora; ſi tantã
neglexerint ſalutem; id eis accidat,
quòd de impœnitente ait Apoſtolus
,, ſcilicet: Secundum duritiam tuã Rom. 2
,, & impœnitens cor theſaurizas tibi
,, iram in die iræ & reuelationis iu-
,, ſti iudicij Dei. Sed & illud eis
ſummopere formidandum eſſet, ne
quòd Chriſto Iudæis cõminatus eſt, Io. 8
ipſi quoque in peccatis ſuis morian-
tur. Id quod in ſacro Exodo præfigu Exo. 23
ratum

ratum eſt apertiſſimè; vbi legitur: Quòd ſi remiſſionis anno, ſeruorũ aliquis tam mentis impos inueniretur, vt libertate donari contemneret; duceretur ad templi ianuam, ibique iudici præſentatus, aure perforaretur. At qui certum eſt, in diuinis ſcripturis illum ſeruũ eſſe, ſi myſticè intelligatur, qui peccatis, præſertim lethalibus, fuerit obuolutus: quemadmodum donari libertate, à peccati ſeruitute liberari ſignificat. Et quidem de peccati ſeruitute ſcriptum eſt: Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. De teſtiuta verò libertate: Si filius vos liberauerit, ait idem ipſe Saluator noſter, verè liberi eritis. Igitur qui remiſſionis anno tã inſigni oblato priuilegio vti noluerint, ſed in ſeruitute elegerint permanere, ij ſunt, qui eò cæcitatis ac dementiæ à dæmone protracti ſunt; vt præuaricationes cunctas, omneſquè præuaricationum ſuarũ pœnas ſacro IVBILEI tempore ſibi dimitti contemnant. Porrò ad templi ianuam ducebantur, vt ſignificaretur eiuſmodi homines non ſolùm indignos eſſe, qui in templum illud, quod eſt materialis Eccleſia admittatur; aut qui partes ſint templi illius, quod, Paulo teſte, corpus Chriſti eſt, nempè Eccleſiæ militantis; ſed quòd (niſi redeãt ad cor, ac penitus reſipiſcant) in triumphantis Eccleſiæ templum ingredientur numquam. Vnde iudici, ideſt Dei tribunali (ſic enim preallatum ex ſacro Exodo locum intelligunt, ac interpretantur nõnulli) præſentantur; vt intelligerentur præſules, vbi incaſſum conati fuerint à peccatorum ſeruitute criminoſos eruere; eos tremendo diuinæ iuſtitiæ tribunali pro maxima eorum duritie puniendos obiicere. Aure verò perforabantur, non ſolùm vt ſignificaretur iuxta carnalem prudentiã turpe eſſe in ſcelerum ſeruitute permanere velle; ſeu quod, cum auditus, teſte Philoſopho, ſenſus ſit diſciplinæ, fides quoq; vt Paulus ait, ſit ex auditu; hi parum prudentes ſint, & in fide nõ admodum ſtabiles: Sed præcipue, vt agnoſceretur eos Dei verbo verè perforatam, imo penitus effractam habere aurem, vt illud non audiant, non intelligant, non cuſtodiant; ac propterea, cum homines Dei verbo à peccato reuocentur (ait enim Dominus: Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quẽ locutus ſum vobis.) in æuum ſeruitutis iugo obſtrictos permanſuros. Verum & ſi de illis omnibus, qui IVBILEI participes fieri non tantũ negligunt, ſed prorſus paruipendunt, contemnuntquè, ea debere intelligi, veritati conſentaneum eſſe conſtat; nihilominus id præcipuè de caligãtibus cæciſquè hæreticis, dequè illis maximè intelligendum crediderim, qui ob nimiam obſtinationem numero pariter ac merito veluti immũdi canes ex Dei Eccleſia eiecti ſunt: quiquè quòd verè perforatam, & fortaſſe, ſicut mancipium illud Malcus prorſus abſciſſam habeãt diuini verbi audiendi aurem; non niſi perperam ipſius capaces eſſe poſſe videntur. Deberent igitur omnes, & præſertim qui non tam ſtulti fuerint, Romam IVBILEI gratia anno ſancto quantocyus properare. Ita enim fieret, vt excuſſo grauiſſimo ſeruitutis iugo, plenè liberi efficerentur.

5. QVINTA tandem ratio eſt, quoniam dubiũ eſſe non poteſt, quin

Ioa. 8.
Ioa. 8.
Epb. 2.
Coloſ. 1.
Eſa. 46
Sept. Int.
Ariſt.
Rom. 10
Ioa. 15.
Apoc. 21
Ioa. 18.

ſi ad catholicam fidem redire vellent, errores deteſtari; abiurare hæreſes; ac non credere, ac confiteri ea omnia, quæ catholici omnes hactenus crediderunt; clementiſſimus Chriſti Vicarius, Gregorius XIII. qui tanto deſiderio eos expectat, ac tot modis nititur reuocare; magna ipſos charitate amplecteretur: et nō modò vniuerſę pręuaricationes à Deo illis dimitterentur, ſed præter beneficia alia, quæ veluti chariſſimis filiis, eis nō dedignaretur præſtare etiā debitum omne ignoſceret, ac pœnas illas, quas pro peccatis pendere deberent, ſacri IVBILEI virtute ipſis condonaret.

NEQVE dubitare quis poteſt, quin benigniſſimè, ac fortaſſe citra abiurationem vllam ab eodem ſanctiſſimo Chriſti Vicario (dumtamē non oretenus tantum, ſed tota mentis propenſione errores ſuos agnoſcerent, atque deteſtarentur) exciperentur; tum quoniam IVBILEI annum, remiſsionis tempus eſſe ſuperiore libro demonſtratum eſt, atque affatim rationibus comprobatum; tum quia id in Dei gloriam verteretur. Dei enim nomen, quòd modò
Ro. 2. propter eos blaſphemari, cum Paulo ſupra dicebamus, dubio procul à compluribus collaudaretur; ceterorumquè hæreticorum attenuarentur vires, atque eorum exemplo & alij fortaſsè reſipiſcerent; tum demum
Luc. 15 quia & Dominus in parabola de filio prodigo, & in venia adulteræ con-
Ioan. 8. ceſſa id ipſum inſinuaſſe videtur. Benignus enim prodigi pater illū ſumma excepit humanitate, tametſi vniuerſam eius ſubſtantiam diſſipaſſet. Chriſtus quoque, ne dum adulteram condemnare noluit, ſed nulla impoſita ſatisfactione liberam prorſus abire iuſſit. At numquid in his duobus non ſignificantur vtriuſquè ſexus hæretici? Si enim fidei dono Deo deſpó-
Oſe. 2. ,, ſamur (Deſponſabo, inquit, te mi
,, hi in fide) numquid non adulteri ſunt hæretici, qui fidem hanc irri- 1. Tim. 5
tam facere, ac negare non erubuerūt? Et ſi prodigus ille infelix è patris domo diſcedit, & vniuerſā ipſius diſſipat ſubſtantiā; qui fieri poteſt, vt hæreticos vel apertiſſimè non demon-
ſtret; cum ex Eccleſia, quæ Dei do- 1. Tim. 3
mus in ſacris, literis iugiter appellatur, exeuntes, omnem ſubſtantiam, ſanctam videlicet fidē, quam Apoſto-
lus ſubſtantiā vocat, diſſipant? Neq; Heb. 11.
enim vllo pacto, iuxta D. Thomę ſen- D. Tho. 2. 2. quæſt. 5 ar. 3.
tentiam eſſe poteſt, vt quis & articulum vnum fidei tantummodo, veluti à veritate diſſentaneum, deneget; & inſimul ceteris ceu veris, fidei virtute inhæreat.

SED neque illud omittendum eſt, catholicorum omnium eſſe, hoc præſertim tempore, apud piiſsimū, ac verè miſericordem Dominū ſum-
mis precibus niti, ut qui propter ni- Eph. 2.
miam charitatem ſuam, qua non ſolum dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis; ſed etiam pro Chriſtianorum omnium pœnis, quas per petratorum ſcelerum cauſa luere deberent, redimendis, proprio ac Martyrum ſuorum ſanguine ingentem illum ſanctæ Eccleſiæ theſaurum cumulauit; non ſinat vnquàm pro his fruſtra comparatum eſſe. Non permittat illos vltra ea obſtringi obſtinatione. Non patiatur diutius in ea cæcitate permanere; ſed pro clariori ſui ipſius gloria, pro ipſorum hæreticorum ſalute, proquè maiori catholicorum omnium lætitia, eos illumi-
nare, atque ab eis cor lapideum auſer- Ezec. 36
re, &

re, & carneũ elargiri dignetur : quo relictis exploſiſquè prorſus erroribus cunctis, agnoſcant, ament, amplectátur catholicæ fidei veritatem ; & vnà cum Chriſtianis ceteris honorẽt, reuereantur, colant, iuſtiſquè laudibus efferant ea omnia, quæ docet, traditquè catholica & apoſtolica Romana Eccleſia : necnon diuinæ iuſtitiæ pro commiſſis criminibus ſatisfacere cupientes, præter alia ſatisfactoria opera, ipſi quoque ſacri IVBILEI participes effici ſtudeãt. Sed iam, quæ IVBILEI lucrandi gratia fieri debeant, expendamus.

Quæ obſeruanda ſint, vt quis Iubilei fructus conſequatur. Cap. 9.

CETERVM quoniá in ſacri IVBILEI definitione dictũ eſt, neminem illius participem fieri, eiuſquè bonis perfrui poſſe, niſi ea prius facere ſtuduerit, quæ in ipſius diplomatibus continentur : ne aſſumpto muneri, ſuſceptæquè prouinciæ plus nimio deeſſe videamur ; neceſſe eſt, quatenus ex ſummorum Pont. literis, quas aut in ipſius IVBILEI inſtitutione, aut trãslatione, aut pronuntiatione ediderũt, elici poteſt, illa primum referamus : deinde ſigillatim, quàm iuſtis de cauſis iniuncta ſint, explicare tentemus.

DICIMVS ergo primò quidem quatuor fieri debere ab iis, qui IVBILEI bona conſequi ſtudent : nempè Romam (niſi ibi fuerint) eundum: Idquè anno vigeſimoquinto: Debita contritione peccata omnia ſacramentali confeſsione detegẽda : Et diebus quibuſdam quatuor eccleſiæ (quas infra enumerabimus) viſitandæ ſunt.

1. PRIMO ergo Romam ire debent, non quidem ea ratione, vt Vrbem omnium præclariſsimam, admirãdas thermas, amphitheatra, theatraquè marmorea, celſas columnas, ſublimes obeliſcos, altaſquè pyramides videant; quod ſanè, ſi non obeſſet, certè parum, aut nihil afferret vtilitatis : ſed vt ſacrum lucrentur IVBILEVM, vt beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli adeãt baſilicas, atque glorioſa eorum corpora ſuppliciter adorent ; vt aliorum quoque Sanctorum inuiſant eccleſias; eorum venerentur, atque exoſculentur reliquias ; vt Max. totius Eccleſiæ Antiſtitem videant ac venerentur : atque ſalutarem ab ipſo obtineant benedictionem ;

2. DEINDE exigitur, vt vigeſimoquinto anno, eo videlicet tẽpore, quo ſacer IVBILEVS celebratur, id maximè efficere contendant. Etenim verum quidem eſt, non quolibet anno ſolum, ſed etiam quouis penè anni tempore Romæ ſacras celebrari ſtationes, & eos omnes, qui ſeptem aut nouem eccleſias (vt cetera ſanctarum indulgentiarum loca ſilentio prætercam) piè ac religiosè viſitauerint, quãdocumque id fecerint, inſignes lucrifacere indulgentias; nihilominus anno hoc longè vberius quàm vnquàm antea acquiruntur. Nam Pontifex Max. veluti ſummus huius opulentiſsimi theſauri diſpenſator, abſq; dubio Spiritu ſancti illuſtratione edoctus, eo potiſsimum annō ipſum largius quàm quouis alio

tempore, ſtatuit erogare: quòd ſanè perſpicuum fiet (tametſi ex his, quæ ſecundo ac tertio libro dicta ſunt, ſatis exploratum eſſe videatur) ſi quantum IVBILEVS hic ab illis, qui non numquã à Summis Pont. cõcedi conſueuerũt, differat, diligẽter perſpectum fuerit. Illi enim pro rerum occaſione diuerſis conceduntur temporibus: hic non niſi vigeſimoquinto anno. Illis nullus certus locus, vbi celebrari debeant, conſtituitur: hic non niſi Romæ habendus eſt. Illi ſæpius proprij ſunt, ac particularibus de cauſis concedi ſolent: hic veluti communis agnoſcitur, expoſtulatur, & ab totius mundi catholicis colitur. Illi octo, aut quindecim protrahuntur diebus: hic non minus anno vno durare conſueuit. Illi à pluribus: hic à paucis, imò à nullis fermè (dummodo iuſtis non detineantur impedimentis) non celebratur. Quid multa? In illis magnæ conceduntur indulgentiæ: Sed in hoc (vt ſupra maximis probatum eſt rationibus) concedi videntur maiores.

3. QVOD verò tertio loco facere iubentur, qui IVBILEI participes eſſe ſatagunt, eſt hoc: nempè vt verè pœnitentes piè peccata ſua confiteãtur. Et huius quidẽ ratio eſt, quã hic etiam ex Caietano mutuabimur, quoniã ſi ciuilis theſaurus nõ niſi ciuilibus dè cauſis, puta pro reipublicæ commodis, aut pro ciuium indigentia erogatur; profectò neque vitalis theſaurus (talem quidem eſſe theſaurum indulgentiarum, cum ex Chriſti & Sanctorum eius uiuis paſsionibus conſtet; & ea penè omnia, quę ab æternæ uitæ ingreſſu arceũt, amoueat, in dubium reuocari non poteſt) niſi ob vitales cauſas poterit erogari. Neceſſarium eſt igitur, vt opera illa, quę IVBILEI adipiſcendi cauſam eſſe dicebamus, quæquè pro ipſius IVBILEI atque indulgẽtiarum acquiſitione fiunt, vitam habeant; quemadmodum & cetera omnia, quæ ad indulgentias exiguntur, viua ſunt. Viuit enim Chriſtus ſummus ſacerdos, maximuſquè ipſius theſauri auctor, atque largitor: Viuunt & præclariſsimi eius Martyres: Viuũt quoque cuncta eorum, quæ pro Chriſto & pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, pertulerunt tormenta. Viuant igitur neceſſe eſt, atque icirco peccatorum pœniteant, eaquè ſacramentali detegant confeſsione, qui ipſius IVBILEI participes eſſe optant. Hoc enim pacto iuxta Theologorum ſententiam ipſius ſpiritualis uitæ fient modo aliquo certiores.

Caiet. de ſuſ. ind. quæſi. 2.

Coloſ. 1.

4. QVOD autem quarto loco facere præcipiuntur, eſt, vt has quatuor viſitent eccleſias: nempe, D. Petri; D. Pauli; D. Iohannis Lateranenſis, ac Sanctæ Mariæ maioris. Et hoc quidem à Summis Pont. maximè cõgruenter inſtitutum eſſe, tum ex parte ipſorum Sanctorum, tum ex parte noſtra, tum etiam ex parte eorũdem Summorum Pont. dilucidis (vt arbitror) rationibus ſuaderi poteſt.

1. ET quidem ex parte Sanctorum hinc liquidiſſimè conſtat; quoniam ipſi prę aliis Sanctis, iis inſigniti ſunt priuilegiis, nimirum: quòd ſingulari amore Chriſtũ dilexerint; quòd præcipuè dilecti fuerint ab eo: quòdquè pretioſum Eccleſiæ theſaurum ditauerint cumulatius.

MAGNO reuera D. Petrus Chriſtũ proſequebatur amore, qui, vt ante alios ad ipſum perueniret, ſe mari committere, ac ſuper vndas incedere

Matt. 14

cedere

Matt. 16 cedere minimè dubitauit: Qui ferre
non poterat, vt de ipſius morte ali-
Luc. 22 quid vnquam diceretur: Qui para-
tus erat & in carcerem ire, & mor-
Matt. 26 tem ſubire cum ipſo: Quiquè paſ-
ſionis, mortisquè tempore, vt eum
defenderet, arrepto gladio, Pontifi-
cis ſeruum inuadere, eumquè graui-
ter vulnerare non timuit. Sed & ex
ſua ipſius confeſſione idipſum ma-
nifeſtè patet. Nam cum ab eo inter-
„ rogaretur: Diligis me plus his.
Ioa. 21 „ Fidentér reſpondit: Tu ſcis. Do-
„ mine quia amo te.

AT quã magna fuerit erga Chri-
ſtum D. Pauli dilectio, ex his luce
Cor. clarius effici poteſt, videlicet: Quòd
non aliud præter Chriſtum & illum
crucifixum ſcire uoluerit: Quòd cũ
Gal. 2 Chriſto (vt aſſerebât) cruci affixus
Gal. 6 eſſet: Quòd pro Chriſto pati, etiam in
duriſſimis tribulationibus, gloriare-
Act. 20 tur: Quòd non ſolùm alligari, ſed
etiam mori pro Chriſto paratus eſſet:
Gal. 2 Quòdquè Chriſtus in eo, non ipſe
in ſe uiueret.

SED quòd & Iohannes præci-
puè amauerit Chriſtum, hinc facilè
intelligi poteſt: Quoniam eius cau-
D. Hier. ſa, vt ex D. Hieronymo, & Diony-
Dionyſ. Cart. ſio Cartuſiano dictũ eſt ſupra, ſpon-
ſam reliquit: In æuum virgo perman-
ſit: Hæreticorum ipſius Chriſti diui-
nitati ac maieſtati detrahentium lin-
guas cõpeſcuit: Et ceteris omnibus
diutius pro ipſius gloria decertauit.

VERVM de maxima beatiſſi-
mæ, ſemperquè Virginis, ac Matris
eius dilectione non eſt opus, vt quic-
quam loquamur; tum quia mater
erat; tum quia, quanta ipſe dignus
eſſet beneuolentia, minimè ignora-
bat, eamquè illi non impendere non
poterat: tum quia non vti filium ſo-
lum, ſed veluti patrem, atque crea-
torem ſuum eum diligebat. Vnde
& de eius erga ſuum ipſius filiũ cha-
ritate hunc admodũ loquitur D. Ber-
„ nardus: Eſt ſagitta electa amor *D. Ber.*
„ Chriſti, quæ Mariæ animã non ſo-
„ lummodo confixit, ſed etiam per-
„ tranſiuit, vt nullam in pectore vir-
„ ginali particulam vacuam relin-
„ queret, ſed tota virtute, toto cor-
„ de, tota anima diligeret.

ALIVD verò ſingulare eorum-
dem Sãctorum priuilegiũ fuit, quòd
præ alijs omnibus à Chriſto dilecti
fuerint. Si enim eos diligit (vt in Pro- *Pro. 8*
uerbijs à Salomone dicitur) à qui-
bus ſe diligi nouerit; numquid non
neceſſe eſt, vt eos pariter vehemen-
tius amet, à quibus vehementer pa-
riter amatur? Verum id efficeretur
dilucidius, ſi qualem erga eorum
quemlibet ipſe ſe præſtiterit, diligen-
tius exploraretur. Hinc enim liqui-
diſſimè appareret, eum illa de cauſa
Petrum Eccleſiæ ſuæ caput eſſe vo-
luiſſe; Paulum adhuc viuentem vel
in tertium cœlum euexiſſe; Iohanni
matrem ſuam virginem virgini com-
mendaſſe; & illam cælorum Regi-
nam, angelorum Dominam, atque
ſuper angelorũ omnium choros, vt
eccleſia canit, extuliſſe; demum eam *Eccleſia*
„ effeciſſe talem, vt ſi diligenter at-
„ tendas, inquit Hieronimus, ni- *D. Hier.*
„ hil ſit virtutis, nihil ſplendoris, ni-
„ hil gratiæ, nihil candoris, quod
„ non reſplendeat in virgine glo-
„ rioſa: Vtquè ad eius dignè efferen-
da præconia (vt cũ Doctore alio ve- *Petrus*
„ rè pio loquamur) non Rethorico- *Dam.*
„ rum diſerta facundia, non Diale-
„ cticorum ſubtilia argumenta, nõ
„ acutiſſima Philoſophorũ apta re-
periuntur ingenia.

TER-

TERTIVM autem, quo inſi-
gniti ſunt, priuilegium eſt; quòd ipſi
plus diuitiarũ in Eccleſiæ theſaurum
intuliſſe videantur. Petrus enim, vt
in Iudæa, in Anthiochia, & Romæ
Chriſti eccleſiam gubernaret, longos
pertuſit labores, crudeliſſimas paſſus
eſt inſectationes, diris detêtus eſt car-
ceribus, nouiſſimequè capite inuerſo
1.Cor.15 cruci affixus eſt. Paulus, vt idem ipſe
2.Cor.11 teſtatur, pro ipſa eademquè Eccleſia
plus omnibus laborauit: nocte et die
Act. 27. in profundo maris fuit: ter naufra-
gium fecit: ter uirgis cæſus eſt: ſe-
Act. 21. mel lapidatus, vinctus catenis, car-
ceribus traditus, ac demũ capite trun-
catus eſt. Iohannes pariter, quoniam
Romæ ante portam latinam in fer-
Tertul. uentis olei dolium, vt in Apologetico
Eccleſia. ſcribit Tertulianus, ſed & ſancta cõ-
memorat Eccleſia, pro tuenda Chri-
ſti fide miſſus eſt; in Pathmos inſu-
lam relegatus, atque, vt diximus, diu-
tius viuens tyrannorum, hæretico-
rumquè perſecutiones, numquã non
paſſus eſt. Sed & beatiſſimam Dei ge-
nitricem theſaurum ceteris locuple-
tius ditaſſe, ex his quæ ſecundo libro
diximus, facilè colligi poteſt. Cũ igi-
tur ij præ aliis Chriſtum dilexerint,
magiſq; dilecti fuerint ab eo, ſacrum
quoque Eccleſię theſaurum abundã-
tius locupletauerint; numquid non
conſentaneum eſt, vt præ ceteris etiã
honorentur, atque iccirco ſanctiſsi-
mæ eorũ ædes præcipuè IVBILEI
tempore uiſitentur?

2. PORRO id quoque par fuiſſe
ex parte Chriſtianorum, hinc ſuade-
ri poteſt; quòd etſi Sanctis omnibus,
ac præcipuè Apoſtolis, multis nomi-
nibus debitores ſumus; nihilomi-
D. Ber. nus ſi Deus, vt D. Bernardus ait, nos
omnia habere voluit per Mariam; il-
li præſertim deuincti ſimus oportet.
Rurſus, ſi Petrus eſt ſummus Chri-
ſtianorum paſtor; ſi Paulus gentium
omnium Doctor; et ſi Iohannes &
euangeliſta, & apoſtolus, & prophe-
ta fuit, necnon magnus Eccleſię pro-
pugnator, atquę inſtructor; certè, ne
ingrati inueniamur, eos maiori pro-
ſequi debemus veneratione, eorum-
què eccleſias maximè prædicto tem-
pore crebrioribus viſitationibus ho-
norare.

3. POSTREMO, quàm conue-
niens rationi fuerit etiam ex parte Pa-
pæ, ex hoc haud obſcurè dignoſci po-
teſt; quòd his Sanctis præſertim ha-
beatur obſtrictus. Petro quidem &
Paulo, quoniam ſunt veluti duo Ec-
cleſiæ luminaria, quæ eam illuſtrant, Geneſ. 1.
duæ oliuæ, quæ illam impinguant;
duoquè aurea candelabra, quæ illam
exornant. Iohanni verò, quoniam tã-
metſi ſummus Pont. totius Eccleſiæ
ſit Epiſcopus, veruntàmen Romanus
Epiſcopus potiſsimum cenſetur, cu-
ius propria eccleſia eſt Lateranenſis,
vnde et Lateranenſis Epiſcopus inter-
dum appellatur. At beatiſsimæ Dei
Genitrici ideo maximè obligatus eſ-
ſe videtur, quòd eius pręſidio regatur
Eccleſia; eiuſquè præcipuè interuen-
tu extinguantur hæreſes omnes, vnde
in eius laudem verba hęc, nempe, Eccleſia.
„ Gaude Maria virgo, cunctas hæ-
„ reſes ſola interemiſti, ſæpenume-
ro decantantur. Quapropter cum ad
Pont. Maximum pertineat operam
dare, ut Chriſtiani omnes honorem
ac reuerentiam beatiſſimæ Virgini,
Apoſtolorum principibus, atq; Euan-
geliſtæ Iohanni præſertim exhibeãt;
quis fidelium ignorare, aut in dubiũ
vertere vnquàm poſſet, num pruden-
tiſſimè inſtituiſſet, vt qui IVBI-
LEI

LEI participes fieri optant, ſacras prædictorum Sanctorum ædes pecu liariter viſitarent. Poſſem alio quoque argumento minimè inani, aut infrugifero, eandem conſtabilire veritatem; quia ſcilicet eccleſię illæ idipſum, nempè quod IVBILEI gratia à fidelibus adiri debeant, ſuo veluti iure expoſcere videantur: propterea quòd pluribus quàm ceteræ omnes decoratæ ſint Saluatoris noſtri, & beatiſſimæ ſemper Virginis illius Matris monumentis; pluribus ſanctorum, præcipuè autem Apoſtolorum ditatæ reliquiis; pluribus inſignitæ venerandæ antiquitatis indiciis; pluribuſquè illuſtratæ ſummorum Pont. atq; Imperatorum priuilegiis: nihilominus quia actum agere, vt dicitur, non debemus; & plures fuere, qui de ſingularibus earundem eccleſiarum fuſius ſcripſerunt prærogatiuis; maximè autem poſt Panuinium M. Attilius Serranus, quē magnis laudibus digniſſimum cenſeo, ſat fuerit ſuperioribus egiſſe rationibus. Sed quoniam certo dierum numero eædem eccleſiæ pariter IVBILEI acquirendi gratia deuotè uiſitandæ ſunt, ac preces quædam habendæ; ne hac in parte, quę dictu neceſſaria ſunt, omittamus, iam & de illis agamus oportet. *Panuinius M. Attilius Serran.*

Quòd lucraturi Iubileum diebus triginta, aut quindecim viſitare debent Eccleſias.

Cap. 10.

CERTVM eſt autē excellētium rerum acquiſitio à vilium adeptione, in hoc præſertim differre; quòd hæ facilè, illæ verò non niſi magno comparantur labore. Suntquidem res præclariſſimæ (vt quod dicimus exemplo quoque pateſiat), ſcientia, & virtus. Illa enim vſque adeo hominem effert; vt non deſint, qui aſſerant: Virum doctum à ſcientiarum omnium ignaro, non ſecus atque viuum à picto diſtare. *Auer.* Sed & virtute intantum inſigniuntur mortales, vt qui virtutibus præditi fuiſſent, vel in Deorum numerum referre veteres nō dubitauerint. Porrò quòd hæ non citra magnum laborem acquirantur, præter iuge experimentum, ex his apertè conuincitur, quod de prima ſcriptum ſit:

Multa tulit, fecitquè puer, ſudauit, & alſit: Horat.
Abſtinuit venere & vino.

De altera verò:

Virtutem poſuere dei ſudore parandam. Eſiod.

Nullus igitur mirabitur, nulli videbitur durum, (modò quàm præclarus ſit IVBILEVS, quamquè inſignes eius fructus, minimè ignoret) quod IVBILEVM ipſum adepturis, præter illa quæ ſuperiori

capi-

lis, quos etiam nos ipſi aut ex ſacris literis elicere, aut ratione duce peterimus inueſtigare. Sed iam illos, & primo quidem eos, qui hoc in loco à Salomone ponuntur, aggrediamur.

De duobus Iubilei fructibus à Salomone enumeratis. Cap. 4.

IGITVR etſi cõplures ſunt miſeriæ illæ, quibus homo in hac mortali vita iactatur, iuxta illud: Homo natus de muliere
Iob. 13.
breui viuens tẽpore, repletur multis miſeriis; attamen omnes ad hęc duo ærumnarũ genera reuocari vidẽtur: nempe ad illud, quod eſt ſubeſſe malo; & ad illud, qđ eſt carere bono. Qui enim & pauper eſt (vt exemplo quoque id, quod dicimus, euidentius pateat) & ære alieno obſtrictus; primo ſubeſt calamitatum generi: qui verò inopia quidem torquetur, ſed nulli ob quoduis debitum obligatus eſt, alteri.

AT tam grauis miſeria peccatum eſt, tamquè execranda; vt homo, etiã poſt cunctorum remiſſionem peccatorum; duabus hiſce ærumnis non numquàm ſubiiciatur. Priori quidẽ; quoniam (quemadmodum alias dictum eſt) luendæ pœnę remanet obnoxius: alteri verò propterea ſubiectus eſt; quia, tametſi à Deo in gratiam receptus ſit, nihilominus quouſque diuinę iuſtitiæ fuerit ſatisfactũ, non videtur verã perfectãquè, quãtum ad omnia, (vt paulò inferius explicabimus) Dei amicitiam conſequutus. Et quoniam Deus, teſte Paulo, diues eſt in miſericordia, eamquè IVBILEI anno (vnde & remiſſionis annum meritò appellari ſuperius dicebamus) maxime exercere velle dignoſcitur; ideo duo eiuſdem IVBILEI fructus in verbis illis, quæ iamdudũ expendimus, obijciuntur à Salomone. Et primus quidẽ vt cauſa, alter verò vt effectus: primus ut medium, alter vt finis: & ille quidẽ paulò clam, hic autem apertè palamquè docetur.
Eph. 2.

EST igitur primus IVBILEI fructus (quamuis ab ipſius IVBILEI natura parum differre videatur) pœnarum omnium etiam numero, ſiue grauitate infinitarum, quas aut præſenti, aut futuro ſeculo, diuina exigente iuſtitia, expiare oporteret; vera, perfectaquè remiſſio. Ex theſauro enim illo, ſcilicet ex Chriſti, & Sanctorum meritis, omnibus, qui piè ſanctequè IVBILEVM ſumpſerint; hoc eſt, ea omnia, quæ Sũmorũ Pon. literis fieri pręcipiuntur, religiosè abſoluerint; tantũ erogatur, quantũ pro luẽdis pœnis ipſos pati oporteret. Porrò ſecundus, qui ex primo oritur, pariter IVBILEI fructus vera perfectaquè eſt Dei amicitia.

SED pro euidentiori huius rei cõgnitione ſciendum eſt, culpam quidẽ in cauſa eſſe, cur inimici Dei efficiamur. Ait enim Iſaias propheta: Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum: & proptetea ea ſublata rurſus ad ipſius dilectionẽ erigimur; nihilominus quouſq; pro criminibus maximo nõ ſatisfecerimus vindici (vti ex Caietano, atque ex Soto apertè colligitur) vnde-
Eſa. 59
Caiet. op. 10. 2. q. 27
Do. Sot. 4 Sen. d. 2. q 1. ar. 4

quaque

quaquè perfectam non uidemur aſſequuti ipſius amicitiam. Cuius rei argumento vtique non obſcuro eſſe poteſt, quòd eos, qui eiuſmodi fuerint; neq; ad cœleſte admittit conuiuium,
Ioa. 14 neque in locum illum, quem ſuis parauit amicis, excipiuntur vſquã. Cũ tamen hæc vſque adeò cum perfecta amicitia pugnare videantur, (non enim amicus amicum excludere poteſt) vt qui tales ſe ſe nobis exhibuerint, verorum abſolutorumquè amicorum nomine indignos eſſe putemus,
Reg. 14 Id quoque in diuinis ſcripturis myſticè deſignatur. Cum enim Abſalon in patrem ſuum Dauid grauiſſimè deliquiſſet, moxquè ab eo receptus eſſet in gratiam; noluit tamen, vt ad ſe videndum accederet. Quoniam igitur IVBILEI virtute à pœnis omnibus ob crimina luendis eripimur; conſequens eſt, vt Sapiens
„ ſapientiſſimè dixerit: Quo qui vſi
„ ſunt, participes facti ſunt amici-
„ tiæ Dei.

QVOD ſi ſcire optas, quàm mirabilis, quamquè excellens ſit primus IVBILEI fructus, præ oculis habeas oportet, quantum perturbent, quantumquè exterreant, etiam ſola imaginatione concepta, antequàm actu inferantur, nec non quantum affligant, crucient, torqueant, ac penè exaniment, vbi re ipſa inferuntur, ſupplicia. Rurſus opus eſt ad memoriam reuocare purgatorij pœnas (quibus necesse eſt Dei iuſtitiæ futuro ſeculo ſatisfaciat, qui præſenti id efficere non curauerit) citra comparationẽ vllam hiſce omnibus quas
D. Aug. hic patimur, quod D. Auguſtinus,
in Pſ. 31 vt ſupra diximus, apertè docet, du-
M. 4. Sẽ. riores, aſperiores, grauioreſquè at-
d. 20. que crudeliores eſſe. At ſecundus pariter IVBILEI fructus tunc præclarè agnoſcetur, cum perſpectũ fuerit, quanti faciant huius ſeculi homi-
Luc. 6. nes ducũ, regum, principũquè amicitiã. Vix enim dici, aut cogitari poteſt, quibus artibus pro ea aſſequenda vtantur; quot ſubeant labores, quot ferant incommoda, quot adeãt pericula, vt eam tueri queant. Sed neque æſtimari poſſet, quot nitantur muneribus, quot conentur expenſis, nec non (quòd non rarò accidit) quot patiantur, vt eam augeant, peccatorum ſordibus inquinari. Cum ergo, vt nunc dicebamus, alter ſacri IVBILEI fructus ſit veræ perfectæque amicitiæ Dei acquiſitio (ait
„ enim Sapiens: Quo qui vſi ſunt,
„ participes facti ſunt amicitiæ Dei)
conſequens eſt, vt & maximus ſit & à Chriſtianis omnibus plurimi exiſtimandus. Verùm ad reliquos progrediamur.

De quatuor Iubilei fructibus à propheta Dauide enarratis. Cap. 5.

QVAMVIS non pauci ſint, illiquè omnes verè præclari diuini amoris effectus; ille tamen valdè admirabilis eſſe videtur, quòd qui eo ſuccenſi fuerint, nihil agere, & planè ceſſare inueniantur numquam. Vnde igni, qui iuxta philoſophantium ſententiam maximè actiuus eſt, perſimilis eſſe perhibetur, & ignis nomine à Domino
„ appellatur. Ait enim: Ignem ve- Luc. 12
ni

„ ni mittere in terram, & quid volo,
D. Greg. in Ioan. „ niſi vt accendatur? Et Gregorius „ eiuſdem amoris naturam expen„ dens: Nũquam eſt, inquit, amor „ Dei otioſus, operatur enim ma„ gna, ſi eſt; ſi autem operari renuit, „ amor non eſt. Cum igitur Chriſtiani homines per ſacri IVBILEI adeptionem, veram Dei amicitiam, vt diximus, cõſequantur, ſicquè eius amore magis inardeſcant; opus eſſe videtur, vt feruentius quoque bonis operibus inſiſtant. Quòd cum longe ante Propheta patefactum eſſet; de anni ſancti ſublimitate Dominum allo-
Pſal. 64 „ quens dixit: Benedices coronæ an„ ni benignitatis tuæ. Annus quippè benignitatis Dei, vt ſupra dictum eſt, annus ille peculiariter eſt, quo ſacer IVBILEVS celebratur. Porrò benedicere Dei hoc in loco pro eo, quod eſt fœcundũ, ſeu feracem redde re, ſumitur: quo ſenſu dixit Laban ad
Gen. 30 „ Iacob: Scio quòd benedixerit mi„ hi Dominus propter te. Et alibi di-
Gen. 39. „ citur: Benedixit Dominus domui „ Egyptij propter Ioſeph. In eandem quoque ſignificationem, & in ſacro
Le. 25. Leuitico vſurpatur. Cũ enim Deus, vt ibidem legitur, mandaſſet, vt ſexto anno neque ſererent, neque meterent; nè conquerendi occaſionem ha buiſſent, quaſi eos moriendi ſame pe riculo obieciſſet; adiunxit: ſe anno ſexto benedictionem daturũ, vt vel trium annorum perciperet fructum. Sed verba illa hũc in locũ referamus: „ Quòd ſi dixeritis, inquit, quid co„ medemus ãno ſeptimo, ſi nõ ſerue„ rimus, neque collegerimus fruges „ noſtras? Dabo benedictiõnẽ meã „ anno ſexto, & faciet fructũ triũ an„ norum. Erit igitur dauidicæ prophetiæ ſenſus: quòd Deus (quæ ſua eſt erga Chriſtianum populum benignitas) IVBILEI annum, fructuũ, ſegetumquè, quouis alio feraciorem efficeret. Hoc eſt, quòd eundem ſibi dilectum populum ſpiritalibus bonis ſolitò vberius cumulaturus eſſet. Verum quo explicatius prophetiam „ iſtam proſequeretur, adiecit: Cam„ pi tui replebuntur vbertate. Pin„ gueſcent ſpecioſa deſerti. Induti „ ſunt arietes ouium. Valles abun„ dabunt frumento.

VT autem tam eximium vaticinium melius intelligamus, attendendũ eſt, Chriſtianum populum ſatis commodè diuidi poſſe in iuſtos, & peccatores: & rurſus, in antiſtites & ſubditos. Non enim poteſt quis inter illos recenſeri, qui non ſit aut iuſtus, aut iniuſtus: quiquè non ſit vel præſul, vel ſubditus. Igitur cum Prophetæ hoc in loco ea eſſet intentio, vt inſolitam, atque ſingularem anni ſancti enarraret vbertatem; Chriſtianos quoslibet quatuor hiſce gradibus cõplexus, metaphora quadam nequaquam illepida eos bonorum operum fructibus IVBILEI anno lõgè ma gis quàm vnquã abundãtes fore præ dixit. Sunt igitur lati, æqui, pingues, vbereſquè campi, iuſti; quos idcirco „ Dei eſſe dicit (Ait enim: Cãpi tui re„ plebũtur vbertate) quòd ab eo præ „ alijs diligantur, Ego, inquit, dili- Pro. 8.
„ gentes me diligo. At verò inculta, inuia, aſpera, ruderibuſquè plena deſerta peccatores dicuntur: qui propterea quòd baptiſmate ab originali labe abluti ſint, aut quòd fidẽ (tametſi mortuam) habeant, nõ fruſtra ſpecioſi vocantur. Porrò arietum nomine, quòd fortes, fœcundi, ouiũquè (ſubditorum ſcilicet) duces, ac defenſores ſint, non temerè intelli-

guntur

guntur antiſtites. Sed inferiores, humiles, ac ſub montibus iacentes valles meritò ſubditos quoſque deſignant. Erit igitur diuinæ huius prophetiæ intelligentia: Annum quendam verè fœlicem, vereque beatum
Tit. 3 venturum, quo benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei rurſus nobis apparere dignaretur. Et hic dubio procul ſacri IVBILEI eſt an-
1. Pet. 1. nus: quando Deus ſecundum miſe-
Eph. 1. ricordiā ſuam magnā benedicens in omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus Chriſtianum populum, bonis omnibus eum cumulaturus eſſet.

1. PRIMO enim eius campi, iuſti videlicet, ob ipſius Dei honorem, ob propriam aliorumquè ſalutem, longe, magiſquàm antea bonis operibus incumberent.

2. DEINDE quia ſpecioſa deſerti, peccatores ſcilicet ad Deum redeuntes, eiuſq; ſuſcipientes benedi-
Luc. 3. ctionē, ac pœnitentiæ fructus pro virili facere cupientes; nō ſegniter, aut oſcitanter peccata ſua confiterentur, neq; rarò è ſacerdotū manibus ſacroſanctā ſumerent euchariſtiam, ſicquè metamorphoſi quadam ipſi quoque in pingues vertetentur campos.

3. ARIETES etiam, Antiſtites
Matt. 22 videlicet, eo præſertim anno nuptiali veſte cultius exornati, charitatis opera ardentius exequerentur, & quò aduentantes peregrini, benignius excipi, liberalius refici, eiſquè neceſſaria miniſtrari poſſent; ſolitò largiores prǫberent eleemoſynas.

4. VALLES quoque, id eſt ſubditi, præſules, quoad fieri poterit, æmulantes, eodem anno redundarent frumento; nimirum vtriuſque miſericordiæ, & ſpiritalis videlicet, & corporalis, operibus ſolitò cumulatius fierent abundantes.

SED neque his contentus vates ille diuinus, innuit, quanta eā ob cauſam futura eſſet ſanctorum Angelorum lætitiā (quæ ſimiliter inter ſacri IVBILEI fructus receſeri debet)
„ cum ſubiungit: Exultatione col- *Pſal. 64*
„ les accingentur. Clamabunt, ete-
„ nim hymnum dicent. Verum, vt hæc facilius pateant, animaduertendum eſt, Angelos illos, quibus hominum cuſtodia demandata eſt iuxta Theologorum; maximè verò D. *D. Tho. 1*
Thomæ ſententiam, inferioris eſſe *q. 103.*
ordinis, & iccirco ſuperiorum ordi- *ar. 3.*
num ſpirituum comparatione eſſe ceu colles quoſdā perpulchros montibus comparatos: cum tamen ipſi quoque nonnumquam montiū nomine haud immeritò intelligantur;
„ iuxta illud: Leuaui oculos meos *Pſ. 120*
„ in montes, vnde veniet auxilium
„ mihi. Cū igitur ij maxima quadā afficiantur lætitia, cum vident Chriſtianos, illos præcipuè quorum curam gerunt, ad Deum redire, eum- *Matth. 5*
què bonis operibus glorificare, quéadmodum ex grauiſſimo Saluatoris *Luc. 15*
noſtri teſtimonio ſuperius dicebamus: non mirum planè, præſertim cum ſacri IVBILEI tempore à Chriſtianis hæc maximè fieri dignoſcantur; ſi Angeli maiori exultant gaudio? & ſi propterea nouo quodam modo hymnum Deo dicere perhibentur.

P De

De quatuor alijs mirabilibus ſacri Iubilei fructibus. Cap. 6.

MVLTA quidem ſunt quæ ad bona opera haud ſegniter exercẽda quemlibet inducere poſſunt; attamẽ hæc quatuor, quę, pręſertim cũ publicè atque in cõſpectu omnium fiunt, ea neceſſariò ſequuntur, primum locum obtinere videntur: nimirum quòd propterea glorificetur Deus; honorẽtur Sãcti; ad ſimilia atq; maiora prouocetur proximus;& qui eis vacauerint, magnis diuitiis cumulentur.

1. ET quidem de primo eorum effectu nullus hæſitare debet. Etenim ſi teſte Paulo, ob mala opera ſanctiſſimum Dei nomen blaſphemiis ob- Ro. 2.
„ ſcuratur (Ait enim: Nomen Dei
„ per vos blaſphematur inter gẽtes) neceſſe eſt, vt glorificetur ob bona: id quod apertè idemet Apoſtolus docet,
1. Cor. 6 „ cum ait: Glorificate, et portate Deũ
„ in corpore veſtro. Vnde cum di-
„ xiſſet Dominus Petro: Cum eſſes
„ iunior cingebas te, & ambulabas
„ vbi volebas: cum autem ſenueris,
„ alius cinget te,& ducet quò tu non
Ioa. 21. „ vis; Andiunxit Euangeliſta: Hoc
„ autem dixit, ſignificans qua morte
„ clarificaturus eſſet Deum.

2. QVOD autem Sancti propterea honorentur, licet nõ videatur vſquè adeo neceſſarium, ex his tamen, non ineptè deduci poteſt: tum ſcilicet, quia regis gloria in heroũ quoque honorem cadere oportet, quemadmodum illius dedecus, ac probrũ in eorundem vertitur vituperium: tum quia, præter opera illa, quorum ſcopus eſt Sanctorũ honor (quæ quidem quàm plurima eſſe nemo non nouit) qui bonis operibus vacant, Sanctos quoque ipſos, quòd citra eorum honorem eſſe non poteſt, imitari contendunt.

3. PORRO quòd proximus quiſque eiſdem bonis operibus ad ſimilia peragenda prouocetur, re quidem ipſa maximè patet. Nãque bonis operibus ad benè atque Chriſtianè viuendum magis inardeſcimus, quàm ſermonibus. Vnde & Leo Pa- D. Leo.
„ pa: Validiora, inquit, ſunt exem-
„ pla, quàm verba;& plenius opere
„ docetur, quàm voce. Quod neque poeta ille ignorauit, qui dixit:
Segnius irritãt animos demiſſa ꝑ aurẽ, Horat.
Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

4. AT quis neſciat bona opera his, qui ea fecerint, eſſe perutilia, imò penitus neceſſaria, cũ diuinæ ſcripturę ad ea patranda quàm ſępiſſimè homines adhortentur? Dicit namque Sa-
„ piens: Quodcumque facere poteſt Eccl. 9.
„ manus tua, inceſſanter operare: &
„ Paulus: Quæ inquit, ſeminauerit 2. Cor. 9
„ homo, hæc & metet; et: Qui ſe-
„ minat in benedictionibus, de be-
„ nedictionibus & metet. Sed & apo 2. Pet. 1.
ſtolorum Princeps fideles quoſque commonebat, vt per bona opera ſuã ipſorum vocationem & electionem certam facere ſatagerent.

IGITVR ſi generatim cunctis bonis operibus hęc neceſſariò conuenire comprobantur; nunquid nõ neceſſe eſt, vt hoc quoque opus, nimirũ ſacro intereſſe IVBILEO, & ipſius ſuſcipiendi gratia ea omnia, quæ agenda ſunt, piè efficere conari, eadem comitentur?

1. PRIMO quidem ſi Deus eleemoſynis

moſynis honoratur, iuxta illud : Ho
Pro. 14 „ norat Dominũ qui miſeretur pau-
„ peris ; ſi precibus ad eum fuſis il-
Pſal. 23. li impenditur honor, quod in Pro-
„ pheta docet, cum ait : Sacrifi-
„ cium laudis honorificabit me ; Si,
1. Cor. 6. iuxta illud Apoſtoli teſtimoniũ quod
„ paulò ante attulimus, nẽpe: Glori
„ ficate,& portate Deum in corpore
„ veſtro ; bona iuſtaq; Sanctorũ vi-
ta honore effertur Deus: ſanè cũ ple-
rique Chriſtianorum, præſertim I V-
B I L Æ I anno, his operibus, vt ſu-
pra comprobatum eſt, ardentius va-
cent; nulli non compertum eſſe po-
teſt ; quòd Deus tunc maximè ho-
noretur.

2. SED quòd Sancti eodẽ præci-puè anno magno efferantur honore, hinc apertè cognoſcitur : quoniam tunc Sãctorum adimus baſylicas, ad eorum ſepulchra oramus, ipſorum veneramur reliquias, res geſtas enarramus, recolimus paſſiones, eorumquè precibus nos committimus; quæ omnia in eorum honorẽ verti liquidius conſtat.

3. QVOD verò IVBILEI anno pręcipuè proximus quiſque ad bona exercenda opera impellatur, ex his maximè patet: quòd qui anno ſancto I V B I L E I gratia Romam pergunt, ne mox fruſtra laboraſſe contingat; ea omnia, quæ propterea facere iubentur, piè ac religioſè exequi ſtudent. Vnde dum loca illa ſanctitate inſignia viſunt, nõ rarò compunguntur, tundunt pectora, terram humiliter exoſculantur, ſuſpirant, ac nõ numquam dulces lachrymas fundũt; quo fit, vt alterutrum bona opera videntes ad benè viuendum exemplis trahantur; atque aut inflammentur magis, aut viuendi modum prorſus ſtatuant immutare. Omittimus autẽ Romanorum opera, quæ, præcipuè I V B I L E I tempore tam egregia, tam inſignia, tamquè præclara ſunt; vt non abſque veritate dici poſſit, Romam non doctrina tantum, ſed & vitæ exemplo, magna ſaltem ex parte, omnium gentium ducem eſſe, atque magiſtram.

4. POSTREMO ſi merentur, qui Dei gloriam quærunt; ſi Sanctorum iuuantur patrociniis, qui eos honorare ſtudent; ſi eorundem bonorũ participes efficiuntur, qui ob bona exhibita exempla in cauſa fuerint, vt eadem aut ſimilia ab aliis quoq; fiãt: rurſus ſi quò plura fuerint bona opera, eò quoque plura eorum ſunt merita; &, vt diximus, qui ad I V B I-L E V M pergunt, necnon & quicumque ipſius participes effici cõtẽdunt, Deum magis glorificant; Sanctos maiori proſequuntur honore; maiora, pluraquè bonorum operum præbent exempla; atque, vt ſæpè dictum eſt, bonis operibus magiſquã vnquam incunbũnt: quis vnquam putare poterit non eſſe plures, ac verè inſignes ſacri I V B I L E I fructus? At quoniam de his hactenus ſatis diſſeruiſſe mihi videor, operæpretium eſt, vt iam de illis agamus, qui eorum participes fieri ſtudere debent; & vbi eorundem potiti fuerint, quo pacto eos ſeruare queant, dilucidè oſtendamus.

Quòd Christiani omnes curare deberent, ut ſacro intereſſent Iubileo. Cap. 7.

AT verò cognouiſſe ſacri IVBILEI neceſſitatem, eius eſſentiã inueſtigaſſe, anni quoque ſancti expendiſſe præſtantiam, atque admirabiles ipſius IVBILEI fructus inſinuaſſe, parum aut nihil lectoribus afferret vtilitatis, niſi vt illius participes mererentur effici, mox ſummis viribus niterentur. Qua propter licet primo huius operis libro IVBILEVM ex parte hominis neceſſariò inſtitutũ fuiſſe probauerimus, atque iccirco (niſi forte nobis accidit, quod dicitur:

Cantabant ſurdo, & nudabant pectora cæco)

ab hominibus cunctis quæri debere modo aliquo perſuaſerimus: nihilominus quò labor hic noſter pluribus proſit, operæpretium me facturum puto, ſi hoc quoque in loco, quoad fieri poterit, clariùs validiuſquè idẽ præſtare curabimus; nimirum omnes, quotquot Chriſtiano nomine gloriantur, debere conari, anno vigeſimoquinto Romæ adeſſe, ibiquè diuina ſacri IVBILEI dona ſuſcipere.

1. SCIENDVM igitur nos quatuor bonorum genera, nempè bona animæ, bona corporis, fortunæ bona, (ſic enim appellari cõſueuerunt) & bona gratiæ hac conditione
Iob. 2 de manu Domini ſuſcepiſſe, vt ad ipſius gloriam, & ad noſtram vtilitatem eis vteremur: quòd ſi ſecus fieret, eius efficeremur debitores. Verùm quia circa eorundem bonorum vſum omnes quidem delinquere cõuincuntur (ſcriptum eſt enim:
„ In multis deficimus omnes) ſed ta *Iacobi 3.*
men alius alio grauius cadit, magisq; delinquit; ideo quidam grauioribus, quidã verò leuioribus debitis obnoxij fiunt; id quod Dominus noſter apertiſſimè docuit. Nam de tribus debitoribus mentionem facit; quorum non nulli denarios quinquaginta; alij quingentos; quidam verò decem millia talenta debebãt. De prio
„ ribus quippè ſcriptũ eſt: Duo de- *Luc. 7.*
„ bitores erant cuidã fœneratori, &
„ vnus debebat ei quingentos dena
„ rios, alius quinquaginta. De alijs autem ſub vnius appellatione dici-
„ tur in Euangelio Matthæi: Obla- *Matt. 18*
„ tus eſt ei vnus, qui debebat decem
„ millia talenta. At ij, qui ære alieno vſque adeo obſtricti ſunt, communi doctorum expoſitione, illi dicuntur, qui prauis operibus ſacro legis decalogo contradicunt. Iam ergo habemus, vnde, quàm ingens ſit illorum numerus, qui maximis prægrauati ſunt debitis, agnoſcamus.
Multi enim contra primum decalo- *Philip. 3*
gi mandatum, ventrem, aut pecu- *Gal. 5*
niam, aut creaturam aliam pro Deo *Pſal. 80*
habere non metuunt. Non pauci citra iudicium, iuſtitiam, ac veritatẽ (quæ iuramentum comitari debere
teſtatur Ieremias) contra ſecundum *Hiere. 4*
iure iurando illud, quod à veritate alienum fuerit, aſſeuerant. Sunt etiã plures, qui tertio præcepto minimè obſiſtente, non modo ſabbatha non ſanctificant, ſed ſacras ferias ſceleratioribus violent, polluantquè operibus.

bus. Sed neque rari ſunt, qui tum carnalibus, tum ſpiritalibus parentibus honoris ac reuerentiæ loco iniurias atque contumelias irrogare non vereantur. Permultos quoque inuenias, qui (tametſi id quinto Dei præcepto cuiquè inhibeatur) iniuriarum obliuiſcantur numquàm; & ſi enſe offendere nequeunt, corde ac lingua numquã non lædere curent. Perpauci quoq; inueniũtur, qui ſexto atque nono legis mandatis repugnantibus ea nõ faciant, aut verò facere non optent, quæ Chriſtiano homini non conueniunt. Rurſus cũ plerisq; hominũ nedũ à iocoſis & obſequioſis, ſed à pernicioſis mendaciis minimè abhorreant; profectò rari erunt, qui & octauum legis præceptum nõ tranſgrediantur. Deniquè pauciſſimi eſſe uidentur, qui uſuris, latrocinijs, expilationibus, dolis, ac fraudibus aduerſus ſeptimum ac decimum legis mandatum numquam agant. En igitur quot inueniantur, qui vel decem millium talentorũ debitores euaſerint; ac propterea quot ſint, qui ſacro indigeant IVBILEO.

Rom. 1

2. QVOD ſi quiſpiam fortaſsè diceret, ſe magno debito non teneri, & iccirco ipſius IVBILEI theſaurum ſibi opus non eſſe putauerit; hic ſanè temeritatis nota haud iniuria inureretur. Erat enim Petrus magna ſanctitate præditus, quippe qui omnia, quæ habebat, quæque habere poterat, vt Chriſto nudus adhæreret, dereliquerat; attamen tot ſe debitis implicitum putabat, vt cum Chriſto eſſe prorſus ſe indignum exiſtimaret, atq; propterea illi diceret:
„ Exi à me, quia homo peccator
„ ſum Domine. Erat quoque vir ſanctiſſimus gentiũ Doctor Paulus, qui ob Chriſti amorem, præter ingentes labores, quos illius cauſa pertulerat; terrena omnia ſic contempſerat, vt veluti ſtercora arbitraretur; attamen veluti debitorum maximus clamabat: Chriſtus Ieſus
„ venit in hunc mundum peccato-
„ res ſaluos facere, quorum primus
„ ego ſum. Erat itidem ſanctitate verè inſignis prædilectus ille diſcipulus Iohannes. Etenim quo liberius Chriſtum ſequeretur (vt ex D. Hieronymo, & Dionyſio Cartuſiano colligitur) vxorem ipſo nuptiarum die dimiſit intactam, cæteraquè omnia contempſit, & virginitatis candore numquàm non reſplenduit: attamen in eorũ claſſem, qui alieno ære prægrauati ſunt, ſeipſum aſciſcens dice-
„ bat: Si dixerimus, quia peccatum
„ non habemus, ipſi nos ſeducimus,
„ & veritas in nobis non eſt. Ex his igitur iam ſatis conſtat, nullum aut dicere, aut opinari poſſe Dei ſe debitorem non eſſe. Nam quis eſt, qui dominicam orationem ſæpius in die perſoluere non debeat; ac propterea pro debitorum dimiſſione cœleſtem Patrem ſuppliciter deprecari, ac di-
„ cere: Dimitte nobis debita no-
„ ſtra, ſicut & nos dimittimus debi-
„ toribus noſtris?

Matth. 4; Luc. 5; 1. Cor. 15; Philip. 3; 1. Tim. 1; D. Hier.; D. Dion. Cartuſ.; 1. Ioa. 1; Matth. 6

3. SED eſtò, nullo debito teneretur obſtrictus, aut (quòd eſſe quidè poſſet) citra huius theſauri participationem propria ſoluere debita valeret: nihilo tamen minus eadem efficere ſtudere deberet, quæ pro IVBILEI ſuſceptione fieri iubentur: quandoquidem ſi eiuſcemodi opera, quatenus ſatisfactoria ſunt, illi non prodeſſent, cum neque ipſis indigere credatur; maximo vtique ei vſui

eſſent, quatenus meritoria (idé enim opus ſatisfactorium pariter ac meritorium inſimul eſſe, & Theologi omnes vnanimi declarant conſenſu, & nos ſuperioribus libris non obſcurè demonſtrauimus) ſed & in ſacrum Eccleſiæ ærarium non nullas inferret diuitias. *4 Sent.*

4. RVRSVS, nullus ſanè inuenitur, cuius aut pater, aut mater, aut vxor, aut filius, aut etiam quæuis perſona alia, quam vehementi proſequebatur affectu, vel cui ob plura ingentiaque beneficia valde deuinctus erat, ex hac vita non migrauerit. Cum igitur horum nonnulli etiam nunc grauiſſimis fortaſsè purgatorii pœnis plectantur, & nequaquam ignorent, quanto charitatis affectu, cum adhuc inter mortales agerent, diligerentur ab eis, quantumquè ſibi debeant; præſtolantur ſacrum IVBILEI tempus, &, vt alio loco demonſtratum eſt copioſius, ceu lugubri ac flebili uoce eorundem quilibet ſupplex his uerbis deprecatur:

Iob. 19. „ Miſeremini mei, miſeremini mei.
„ ſaltem vos amici mei; quia manus
„ Domini tetigit me. Qua propter meritò ingratiſſimus haberetur, & ob ingrati animi culpam debitis plectendus videretur pœnis, qui non ſummis viribus diuinæ iuſtitię eo prę ſertim tempore, cum tam magna offertur occaſio, pro ipſis ſatisfacere nō curaret.

SI enim ditiſſimus, pariter ac liberaliſſimus inueniretur rex, qui omnibus regni ſui prouinciis miſſis præconibus ſignificaret, ſe ingētem cōparaſſe theſaurum, eo duntaxat conſilio, ut cuilibet ſubditorum, qui ære alieno grauaretur, tantum largiretur ex eo, quantum pro ſoluendis debitis cunctis, nec non pro redimendis captiuis opus eſſet; dummmodò ad præſtitutam, in qua erogandus eſſet, pergeret ciuitatem; quis vnquam tā iners, tam ignauus ac ſtupidus eſſet, qui quātocyus non ingrederetur iter, & quanta poſſet celeritate ad vrbem illam non proficiſceretur, quò ſumma benigniſſimi illius regis vteretur liberalitate, & cuncta ſoluere debita, atque captiuos quoſque ſuos redimere poſſet? At Rex iſte tam magnus, tamquè benignus eſt ſummus Pontifex; qui veluti regum omnium maximus confirmat, corripit, & (cū res ipſa poſtulat) inſtituit, aut etiam deiicit reges; & de quo haud iniuria dici poteſt:

Vno minor Ioue, diues, *Horat.*
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Non ignorat rex iſte clementiſſimus in ampliſſimo regno ſuo, nimirum in Eccleſia magna quā plurimos inueniri debitores, et innumerabiles penè duro crudeliq; ſeruitutis iugo mācipatos detineri. Porrò tales eſſe animas illas, quæ purgatoriis torquentur pœnis, non ambigimus. Qua propter miſericordia permotus, cum ditiſsimi infinitiquè Eccleſię theſauri claues habeat; ubi uigeſimum quintum annum aduentare uidet, omnibus ſui regni hominibus nuntiatum iri curat: ut quicumque ſpiritalium debitorum onere premuntur, aut aliquos duro ſeruitutis iugo detētos habent, uiam ingredi feſtinent; quoniā vnicuique, quantum cuique pro pendendis debitis, redimendiſquè captiuis opus fuerit, dare pollicetur; dummodò (quòd ſanè æquiſſimum eſt, omnibuſquè perutile, quemadmodū manifeſtis ſupra comprobatum eſt perſua- *Pſal. 21.* *Matt. 16*

perſuaſionibus) Romam, vbi paratus theſaurus ille maximus diſtribuẽdus eſt, pergant; & quæ iubentur facere, minimè prætermittant. Quam ob rem cum optimè nouerint, qui veram ſynceramquè Chriſti fidem corde credunt ad iuſtitiam, (Rom. 10) & ore confitentur ad ſalutem, quàm vberes ſint ſacri IVBILEII fructus, quãtumquè ex eo lucri acquiri poſſit; nihil eſſe debet, quod eos valeat detinere, nimirum non familiæ negotia, non itinerum labores, non peregrinationum pericula, & ſi quid eſt eiuſmodi, quò minus operam omnem nauent, vt ſacro interſint IVBILEO: Alioquin his accidet neceſſe eſt, quòd „ Sapiens præmonet, cum ait: Qui „ obſeruat ventum non ſeminat; (Eccls. 11) & „ qui conſiderat nubes, numquam „ metet.

Quod hæretici præſertim ſtudere deberent ſacro intereſſe Iubileo. Cap. 8.

SED ſi vllum hominũ genus ſacro indiget IVBILEO, eo ſanè indigent hæretici; ideoquè manibus ac pedibus (vt dici ſolet) operam dare deberent, vt ipſi quoque eius participes fierent. Quippe qui prodigum imitati (Luc. 15) omnia cum meretricibus, nimirum cum huius ſeculi delitiis, aut etiam turpibus opinionibus profuderunt. Sed age id quoque videlicet, quod iis præſertim opus ſit IVBILEVS, rationibus validiſſimis comprobemus.

1. QVARVM prima ſit, quoniam ij tam grauibus obſtricti ſunt debitis, vt ea enumerare, aut etiam cogitatione conſequi, ne dum pendere, nemo poſſe videatur. Qualia vti que ſunt: quòd Eccleſias proſanauerint; aras deſtruxerint; ſacras imagines fregerint, combuſſerint, uel deleuerint; Sanctorum corpora igni tradiderint; eorum reliquias conculcauerint; irrita fecerint ſacrificia; contaminauerint ſacramenta; eccleſiæ vſurpauerint patrimoniũ; ſolo æquauerint monaſteria; Deo dicatas Virgines violauerint; ſacerdotes aut occiderint, aut grauiſſimis affecerint cõtumeliis; calumniis onerauerint innocentes; deriſui habuerint Sãctos; ſacras corruperint ſcripturas; demũ *(O miſeras hominum mentes, ò pectora cæca)* cultum omnem Deo negauerint. Igitur cum agnoſcere teneantur ſcelera ſua (neque enim ignoſcit Deus, niſi homo agnoſcat) (D. Aug.) ſummaquè feſtinatione nullum non mouere lapidem, vt ab eis eripiãtur, vtque pro eis Deo ſatisfacere valeant, adiuuentur; ſanè ſummopere curare deberent, vt ſacri IVBILEI participes efficerentur.

2. SECVNDA autem ratio eſt, quoniam animaduertere deberent, quàm magna erga eos Dei bonitas, ac longanimitas fuerit. Primo quidem quòd Deus ipſe, quò ſuã cũ eis exerceret miſericoadiam, atque ad pœnitentiam ipſos prouocaret, eos tamdiu expectauerit, tamdiu congruis ſupplicijs, quemadmodũ execranda eorum flagitia poſtulabant, eos afficere diſtulerit. Scriptũ nam„ que eſt: Expectat Deus, vt miſereatur (Eſa. 50)

Rom 2 ,, reatur veſtri. Et Paulus: Ignoras
,, quoniam benignitas Dei ad pœni
,, tentiam te adducit? Deinde quòd
& in præſentia cum adeſſe feſtinat
1. Cor. 6 tempus acceptabile, Annus beni-
Pſal. 64 gnitatis Dei, Dies ſalutis; magnam
2. Cor. 6 reſipiſcendi, atque ex diris ſatanæ
Faucibus euadendi, nec non ipſi di-
8 uino ſummoquè iudici pro tam ſce-
leſtis præuaricationibus ſatisfacien-
di offert occaſionem; cum ſcilicet
vigeſimum quintum ànnum, quo ha
bendus eſt IVBILEVS, pleniſſi-
ma videlicet, cõmuniſſimaquè Chri-
ſtianorum cuilibet offerenda, præ-
ſtandaquè eſt peccatorum omnium
remiſſio, propè eſſe, eis quoque ſi-
gnificari iubet.

3. TERTIA verò ratio eſt, quo
niam ſi quando circa ea, quæ ad re-
ligionem attinent, in dubiũ aliquid
reuocari contigerit, videlicet, num
fieri, aut omitti debeat; tunc, qui du
bij fuerint, certa veraq; dirigentur re
gula, & abſque errore vllo progre-
dientur; cùm ad ea, quæ antiquiores
omnes eiuſdem Chriſtianæ religio-
nis cultores facere conſueuerunt, in-
ſpexerint. Neque enim dubitare quis
debet, aut etiam poteſt, quin a Spi-
ritu ſancto edocti, quæ eorum ſalu-
ti expediebant, fuerint exequuti. Et
hanc quidem legem docuit Moſes,
Deut. 31 ,, cum dixit: Interroga patrem tuũ,
,, & annuntiabit tibi; maiores tuos,
,, & dicent tibi. Sed neque obſtat,
quòd iam mortem obierint: quoniã
ſi non poterunt verbis reſpondere,
poterunt ſcriptis; ſi non poterunt
inſtruere ſermone, poterunt vitæ ope
ratione. Hac quoque inductus pie-
D.Hier. ,, tate D. Hieronymus aiebat: Illam
,, ſenex tenebo fidem, in qua puer
,, natus ſum. Si ergo hæretici de IV-
BILEI, dequè anni ſancti verita-
te ambigunt; & nùm Romam per-
gere (quod orthodoxos iam pluribus
annis feciſſe nouerunt) ſibi quoque
expediret, ſcire cupiunt; vt dubita-
tionem omnem repellant, interro-
gent, non quidẽ ſuos neotericos ma-
giſtros, quoniam, cum in omnem
Eccleſiæ veritatem coniurauerint, ve
luti mendaces, quod minimè verum
eſt, reſponderent: ſed patres, auos,
proauos, abauos, ceteroſquè præ-
deceſſores ſuos: & cum nulli non pa
teat eos fermè omnes centeſimo, aut
quinquageſimo, aut trigeſimo ter-
tio, aut etiam vigeſimo quinto anno
IVBILEI gratia, magna religione
ac pietate, cateruatim Romam con-
fluxiſſe; exemplo ſanè clariſſimo re-
ſpondebunt, ipſos quoque idipſum
facere debere. Quapropter veritate
agnita, veluti prudentes filij propriæ
ſalutis percupidi, pios religioſoſ-
què parentes imitari optantes debe-
rent ipſi quoque omni virtute cura-
re, vt cum Chriſtianis ceteris ſacro
intereſſent IVBILEO.

4. QVARTA verò ratio ſit hęc, Deut. 31
nimirum quòd ſapere, & intelligere
ac nouiſſima prouidere deberent;
atque iccirco vehementer timere, ne
ſi tanta Dei benignitate non vteren-
tur; ſi tam grandem occaſionem na- Heb. 2
cti non redirent ad meliora; ſi tantã
neglexerint ſalutem; id eis accidat,
quòd de impœnitente ait Apoſtolus
,, ſcilicet: Secundum duritiam tuã Rom. 2
,, & impœnitens cor theſaurizas tibi
,, iram in die iræ & reuelationis iu-
,, ſti iudicij Dei. Sed & illud eis 3
ſummopere formidandum eſſet, ne
quòd Chriſto Iudæis cõminatus eſt, Io. 8
ipſi quoque in peccatis ſuis morian-
tur. Id quod in ſacro Exodo præfigu Exo. 23

ratum

ratum eſt apertiſſimè; vbi legitur: Quòd ſi remiſſionis anno, ſeruorũ aliquis tam mentis impos inueniretur, vt libertate donati contemneret; duceretur ad templi ianuam, ibiquè iudici præſentatus, aure perforaretur. At qui certum eſt, in diuinis ſcripturis illum ſeruũ eſſe, ſi myſticè intelligatur, qui peccatis, præſertim lethalibus, fuerit obuolutus: quemadmodum donari libertate, à peccati ſeruitute liberari ſignificat. Et quidem de peccati ſeruitute ſcri-
Ioa. 8. „ ptum eſt: Omnis qui facit pecca-
„ tum ſeruus eſt peccati. De reſti-
Ioa. 8. „ tuta verò libertate: Si filius vos
„ liberauerit, ait idem ipſe Saluator
„ noſter, verè liberi eritis. Igitur qui remiſſionis anno tã inſigni oblato priuilegio vti noluerint, ſed in ſeruitute elegerint permanere, ij ſunt, qui eò cæcitatis ac dementiæ à dæmone protracti ſunt; vt præuaricationes cunctas, omneſque præuaricationum ſuarũ pœnas ſacro IVBILEI tempore ſibi dimitti contemnant. Porrò ad templi ianuam ducebantur, vt ſignificaretur eiuſmodi homines non ſolùm indignos eſſe, qui in templum illud, quod eſt materialis Eccleſia admittatur; aut qui partes ſint templi illius, quod, Paulo
Coloſ. 1. teſte, corpus Chriſti eſt, nempè Eccle
Eſa. 46 ſiæ militantis; ſed quòd (niſi redeãt ad cor, ac penitus reſipiſcant) in triumphantis Eccleſiæ templum ingredientur numquam. Vnde iudici, ideſt Dei tribunali (ſic enim preallatum
Sept. Int. ex ſacro Exodo locum intelligunt, ac interpretantur nõnulli) præſentantur: vt intelligerentur præſules, vbi incaſſum conati fuerint à peccatorum ſeruitute criminoſos eruere; eos tremendo diuinæ iuſtitiæ tribunali pro maxima eorum duritie puniendos obiicere. Aure verò perforabantur, non ſolùm vt ſignificaretur iuxta carnalem prudentiã turpe eſſe in ſcelerum ſeruitute permanere velle; ſeu quod, cum auditus, teſte Phi *Ariſt.*
loſopho, ſenſus ſit diſciplinæ, fides quoq; vt Paulus ait, ſit ex auditu; hi
parum prudentes ſint, & in fide nõ *Rom. 10*
admodum ſtabiles: Sed præcipue, vt agnoſceretur eos Dei verbo verè perforatam, imo penitus effractam habere aurem, vt illud non audiant, non intelligant, non cuſtodiant; ac proptereà, cum homines Dei verbo à peccato reuocentur (ait enim Do-
„ minus: Iam vos mundi eſtis pro- *Ioa. 15.*
„ pter ſermonem, quẽ locutus ſum
„ vobis) in æuum ſeruitutis iugo obſtrictos permanſuros. Verum & ſi de illis omnibus, qui IVBILEI participes fieri non tantũ negligunt, ſed prorſus paruipendunt; contemnuntquè, ea debere intelligi, veritati conſentaneum eſſe conſtat; nihilominus id præcipuè de caligãtibus cæciſquè hæreticis, dequè illis maximè intelligendum crediderim, qui ob nimiam obſtinationem numero pariter ac merito veluti immũdi canes *Apoc. 21*
ex Dei Eccleſia eiecti ſunt: quiquè quòd verè perforatam, & fortaſſe,
ſicut mancipium illud Malcus pror- *Ioa. 18.*
ſus abſciſſam habeãt diuini verbi audiendi aurem; non niſi perperam ipſius capaces eſſe poſſe videntur. Deberent igitur omnes, & præſertim qui non tam ſtulti fuerint, Romam IVBILEI gratia anno ſancto quantocyus properare. Ita enim fieret, vt excuſſo grauiſſimo ſeruitutis iugo, plenè liberi efficerentur.
5. QVINTA tandem ratio eſt, quoniam dubiũ eſſe non poteſt, quin

ſi ad catholicam fidem redire vellēt, errores deteſtari; abiurare hæreſes; nec non credere, ac confiteri ea omnia, quæ catholici omnes hactenus crediderunt; clementiſſimus Chriſti Vicarius, Gregorius XIIJ. qui tanto deſiderio eos expectat, ac tot modis nititur reuocare; magna ipſos charitate amplecteretur: et nō modò vniuerſę prę uaricationes à Deo illis dimitterētur, ſed præter beneficia alia, quæ veluti chariſſimis filiis, eis nō dedignaretur præſtare etiā debitum omne ignoſceret, ac pœnas illas, quas pro peccatis pendere deberent, ſacri IVBILEI virtute ipſis condonaret.

NEQVE dubitare quis poteſt, quin benigniſſimè, ac fortaſſe citra abiurationem vllam ab eodem ſanctiſſimo Chriſti Vicario (dumtamē non oretenus tantum, ſed tota mentis propenſione errores ſuos agnoſcerent, atque deteſtarentur) exciperentur; tum quoniam IVBILEI annum, remiſsionis tempus eſſe ſuperiore libro demonſtratum eſt, atque affatim rationibus comprobatum; tum quia id in Dei gloriam verteretur. Dei enim nomen, quòd modò propter eos blaſphemari, cum Paulo ſupra dicebamus, dubio procul à compluribus collaudaretur; ceterorumquè hæreticorum attenuarentur vires, atque eorum exemplo & alij fortaſsè reſipiſcerent; tum demum quia & Dominus in parabola de filio prodigo, & in venia adulteræ conceſſa id ipſum inſinuaſſe videtur. Benignus enim prodigi pater illū ſumma excepit humanitate, rametſi vniuerſam eius ſubſtantiam diſſipaſſet. Chriſtus quoque, ne dum adulteram condemnare noluit, ſed nulla impoſita ſatisfactione liberam prorſus abire iuſſit. At numquid in his duobus non ſignificantur vtriuſquè ſexus hæretici? Si enim fidei dono Deo deſpō„ ſamur (Deſponſabo, inquit, te mi„ hi in fide) numquid non adulteri ſunt hæretici, qui fidem hanc irritam facere, ac negare non erubuerūt? Et ſi prodigus ille infelix è patris domo diſcedit, & vniuersā ipſius diſſipat ſubſtantiā; qui fieri poteſt, vt hæreticos vel apertiſſimè non demonſtret; cum ex Eccleſia, quæ Dei domus in ſacris, literis iugiter appellatur, exeuntes, omnem ſubſtantiam, ſanctam videlicet fidē, quam Apoſtolus ſubſtantiā vocat, diſſipant? Neq; enim vllo pacto, iuxta D. Thomę ſententiā eſſe poteſt, vt quis & articulum vnum fidei tantummodo, veluti à veritate diſſentaneum, deneget; & inſimul ceteris ceu veris, fidei virtute inhæreat.

SED neque illud omittendum eſt, catholicorum omnium eſſe, hoc præſertim tempore, apud piiſsimū, ac verè miſericordem Dominū ſummis precibus niti, ut qui propter nimiam charitatem ſuam, quā non ſolum dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis; ſed etiam pro Chriſtianorum omnium pœnis, quas pro peccatorum ſcelerum cauſa luere deberent, redimendis, proprio ac Martyrum ſuorum ſanguine ingentem illum ſanctæ Eccleſiæ theſaurum cumulauit; non ſinat vnquàm pro his ſruſtra comparatum eſſe. Non permittat illos vltra ea obſtringi obſtinatione. Non patiatur diutius in ea cæcitate permanere; ſed pro clariori ſui ipſius gloria, pro ipſorum hæreticorum ſalute, proquè maiori catholicorum omnium lætitia, eos illuminare, atque ab eis cor lapideum auferre, &

Ro. 2. — Luc. 15 — Ioan. 8. — Oſe. 2. — 1. Tim. 5 — 1. Tim. 3 — Heb. 11. — D. Tho. 2. 2. quæſt. 5 ar. 3. — Eph. 5. — Ezec. 36

re, & carneũ elargiri dignetur: quo relictis exploſiſquè prorſus erroribus cunctis, agnoſcant, ament, amplectãtur catholicæ fidei veritatem; & vnà cum Chriſtianis cæteris honorẽt, reuereantur, colant, iuſtiſquè laudibus efferant ea omnia, quæ docet, traditquè catholica & apoſtolica Romana Eccleſia: necnon diuinæ iuſtitiæ pro commiſſis criminibus ſatisfacere cupientes, præter alia ſatisfactoria opera, ipſi quoque ſacri IVBILEI participes effici ſtudeãt. Sed iam, quæ IVBILEI lucrandi gratia fieri debeant, expendamus.

Quæ obſeruanda ſint, vt quis Iubilei fructus conſequatur. Cap. 9.

CETERVM quoniã in ſacri IVBILEI definitione dictũ eſt, neminem illius participem fieri, eiuſquè bonis perfrui poſſe, niſi ea prius facere ſtuduerit, quæ in ipſius diplomatibus continentur: ne aſſumpto muneri, ſuſceptæquè prouinciæ plus nimio deeſſe videamur; neceſſe eſt, quatenus ex ſummorum Pont. literis, quas aut in ipſius IVBILEI inſtitutione, aut trãſlatione, aut promuntiatione ediderũt, elici poteſt, illa primum referamus: deinde ſigillatim, quàm iuſtis de cauſis iniuncta ſint, explicare tentemus.

DICIMVS ergo primò quidem quatuor fieri debere ab iis, qui IVBILEI bona conſequi ſtudent: nempè Romam (niſi ibi fuerint) eundum: Idquè anno vigeſimoquinto: Debita contritione peccata omnia ſacramentali confeſsione detegẽda: Et diebus quibuſdam quatuor eccleſiæ (quas infra enumerabimus) viſitandæ ſunt.

1. PRIMO ergo Romam ire debent, non quidem ea ratione, vt Vrbem omnium præclariſsimam, admirãdas thermas, amphitheatra, theatraquè marmorea, celſas columnas, ſublimes obeliſcos, altaſquè pyramides videant; quod ſanè, ſi non obeſſet, certè parum, aut nihil afferret vtilitatis: ſed vt ſacrum lucrentur IVBILEVM, vt beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli adeãt baſilicas, atque glorioſa eorum corpora ſuppliciter adorent; vt aliorum quoque Sanctorum inuiſant eccleſias; eorum venerentur, atque exoſculentur reliquias; vt Max. totius Eccleſiæ Antiſtitem videant ac venerentur: atque ſalutarem ab ipſo obtineant benedictionem.

2. DEINDE exigitur, vt vigeſimoquinto anno, eo videlicet tẽpore, quo ſacer IVBILEVS celebratur, id maximè efficere contendant. Etenim verum quidem eſt, non quolibet anno ſolum, ſed etiam quouis penè anni tempore Romæ ſacras celebrari ſtationes, & eos omnes, qui ſeptem aut nouem eccleſias (vt cetera ſanctarum indulgentiarum loca ſilentio prætercam) piè ac religioſè viſitauerint, quãdocumque id fecerint, inſignes lucrifacere indulgentias; nihilominus anno hoc longè vberius quàm vnquàm antea acquiruntur. Nam Pontifex Max. veluti ſummus huius opulentiſsimi theſauri diſpenſator, abſq; dubio Spiritu ſancti illuſtratione edoctus, eo potiſsimum annũ ipſum largius quàm quouis alio

tempore, ſtatuit erogare: quòd ſanè perſpicuum fiet (tametſi ex his, quæ ſecundo ac tertio libro dicta ſunt, ſatis exploratum eſſe videatur) ſi quantum IVBILEVS hic ab illis, qui non numquã à Summis Pont. cõcedi conſueuerũt, differat, diligẽter perſpectum fuerit. Illi enim pro rerum occaſione diuerſis conceduntur temporibus: hic non niſi vigeſimoquinto anno. Illis nullus certus locus, vbi celebrari debeant, conſtituitur: hic non niſi Romæ habendus eſt. Illi ſæpius proprij ſunt, ac particularibus de cauſis concedi ſolent: hic veluti communis agnoſcitur, expoſtulatur, & ab totius mundi catholicis colitur. Illi octo, aut quindecim protrahuntur diebus: hic non minus anno vno durare conſueuit. Illi à pluribus: hic à paucis, imò à nullis fermè (dummodo iuſtis non detineantur impedimentis) non celebratur. Quid multa? In illis magnæ conceduntur indulgentiæ: Sed in hoc (vt ſupra maximis probatum eſt rationibus) concedi videntur maiores.

3. QVOD verò tertio loco facere iubentur, qui IVBILEI participes eſſe ſatagunt, eſt hoc: nempè vt verè pœnitentes piè peccata ſua confiteãtur. Et huius quidẽ ratio eſt, quã hic etiam ex Caietano mutuabimur, *Caiet. de ſuſ. ind. quæſt. 2.* quoniã ſi ciuilis theſaurus nõ niſi ciuilibus de cauſis, puta pro reipublicæ commodis, aut pro ciuium indigentia erogatur; profectò neque vitalis theſaurus (talem quidem eſſe theſaurum Indulgentiarum, cum ex Chriſti & Sanctorum eius viuis paſsionibus conſtet; & ea penè omnia, quę ab æternæ vitæ ingreſſu arcẽt, amoueat, in dubium reuocari non poteſt) niſi ob vitales cauſas poterit erogari. Neceſſarium eſt igitur, vt opera illa, quę IVBILEI adipiſcendi cauſam eſſe dicebamus; quæquè pro ipſius IVBILEI atque indulgẽtiarum acquiſitione fiunt, vitam habeant; quemadmodum & cetera omnia, quæ ad indulgentias exiguntur, viua ſunt. Viuit enim Chriſtus ſummus ſacerdos, maximuſquè ipſius theſauri auctor, atque largitor: Viuunt & præclariſsimi eius Martyres: Viuũt quoque cuncta eorum, quæ pro Chriſto & pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, pertulerunt tormenta. *Coloſ. 1.* Viuant igitur neceſſe eſt, atque iccirco peccatorum pœniteant, eaquè ſacramentali detegant confeſſione, qui ipſius IVBILEI participes eſſe optant. Hoc enim pacto iuxta Theologorum ſententiam ipſius ſpiritualis uitæ fient modo aliquo certiores.

4. QVOD autem quarto loco facere præcipiuntur, eſt, vt has quatuor viſitent eccleſias: nempe, D. Petri; D. Pauli; D. Iohannis Lateranenſis, ac Sanctæ Mariæ maioris. Et hoc quidem à Summis Pont. maximè cõgruenter inſtitutum eſſe, tum ex parte ipſorum Sanctorum, tum ex parte noſtra, tum etiam ex parte eorũdem Summorum Pont. dilucidis (vt arbitror) rationibus ſuaderi poteſt.

1. ET quidem ex parte Sanctorum hinc liquidiſſimè conſtat; quoniam ipſi prę aliis Sanctis, iis inſigniti ſunt priuilegiis, nimirum: quòd ſingulari amore Chriſtũ dilexerint; quòd præcipuè dilecti fuerint ab eo; quòdquè pretioſum Eccleſiæ theſaurum ditauerint cumulatius.

MAGNO reuera D. Petrus Chriſtũ proſequebatur amore, qui, vt ante alios ad ipſum perueniret, ſe mari committere, ac ſuper vndas in- *Matt. 14*

cedere

Matt. 16 cedere minimè dubitauit: Qui ferre
non poterat, vt de ipſius morte ali-
Luc. 22 quid vnquam diceretur: Qui para-
tus erat & in carcerem ire, & mor-
Matt. 26 tem ſubire cum ipſo: Quiquè paſ-
ſionis, mortisquè tempore, vt eum
defenderet, arrepto gladio, Pontifi-
cis ſeruum inuadere, eumquè graui-
ter vulnerare non timuit. Sed & ex
ſua ipſius confeſſione idipſum ma-
nifeſtè patet. Nam cum ab eo inter-
,, rogaretur: Diligis me plus his.
Ioa. 21 ,, Fidenter reſpondit: Tu ſcis Do-
,, mine quia amo te.

AT quã magna fuerit erga Chri-
ſtum D. Pauli dilectio, ex his luce
Cor. clarius effici poteſt, videlicet: Quòd
non aliud præter Chriſtum & illum
crucifixum ſcire uoluerit: Quòd cũ
Gal. 2 Chriſto (vt aſſerebat) cruci affixus
Gal. 6 eſſet: Quòd pro Chriſto pati, etiam in
duriſſimis tribulationibus, gloriare-
Act. 20 tur: Quòd non ſolùm alligari, ſed
etiam mori pro Chriſto paratus eſſet:
Gal. 2 Quòdquè Chriſtus in eo, non ipſe
in ſe uiueret.

SED quòd & Iohannes præci-
puè amauerit Chriſtum, hinc facilè
intelligi poteſt: Quoniam eius cau-
D. Hier. ſa, vt ex D. Hieronymo, & Diony-
Dionyſ. Cart. ſio Cartuſiano dictũ eſt ſupra, ſpon-
ſam reliquit: In æuum virgo perman-
ſit: Hæreticorum ipſius Chriſti diui-
nitati ac maieſtati detrahentium lin-
guas cõpeſcuit: Et ceteris omnibus
diutius pro ipſius gloria decertauit.

VERVM de maxima beatiſſi-
mæ, ſemperquè Virginis, ac Matris
eius dilectione non eſt opus, vt quic-
quam loquamur; tum quia mater
erat; tum quia, quanta ipſe dignus
eſſet beneuolentia, minimè ignora-
bat, eamquè illi non impendere non
poterat: tum quia non vti filium ſo-
lum, ſed veluti patrem, atque crea-
torem ſuum eum diligebat. Vnde
& de eius erga ſuum ipſius filiũ cha-
ritate hunc admodũ loquitur D. Ber
,, nardus: Eſt ſagitta electa amor *D. Ber.*
,, Chriſti, quæ Mariæ animã non ſo
,, lummodo confixit, ſed etiam per
,, tranſiuit, vt nullam in pectore vir
,, ginali particulam vacuam relin-
,, queret, ſed tota virtute, toto cor-
,, de, tota anima diligeret.

ALIVD verò ſingulare eorum-
dem Sãctorum priuilegiũ fuit, quòd
præ alijs omnibus à Chriſto dilecti
fuerint. Si enim eos diligit (vt in Pro
uerbijs à Salomone dicitur) à qui- *Pro. 8*
bus ſe diligi nouerit; numquid non
neceſſe eſt, vt eos pariter vehemen-
tius amet, à quibus vehementer pa-
riter amatur? Verum id efficeretur
dilucidius, ſi qualem erga eorum
quemlibet ipſe ſe præſtiterit, diligen
tius exploraretur. Hinc enim liqui-
diſſimè appareret, eum illa de cauſa
Petrum Eccleſiæ ſuæ caput eſſe vo-
luiſſe; Paulum adhuc viuentem vel
in tertium cœlum euexiſſe; Iohanni
matrem ſuam virginem virgini com
mendaſſe; & illam cælorum Regi-
nam, angelorum Dominam, atque
ſuper angelorũ omnium choros, vt
eccleſia canit, extuliſſe; demum eam *Eccleſia*
,, effeciſſe talem, vt ſi diligenter at-
,, tendas, inquit Hieronimus, ni- *D. Hier.*
,, hil ſit virtutis, nihil ſplendoris, ni
,, hil gratiæ, nihil candoris, quod
,, non reſplendeat in virgine glo-
,, rioſa: Vtquè ad eius dignè efferen
da præconia (vt cũ Doctore alio ve- *Petrus*
,, rè pio loquamur) non Rethorico- *Dam.*
,, rum diſerta facundia, non Diale-
,, cticorum ſubtilia argumenta, nõ
,, acutiſſima Philoſophorũ apta re-
periuntur ingenia.

TER-

TERTIVM autem, quo inſigniti ſunt, priuilegium eſt; quòd ipſi plus diuitiarũ in Eccleſiæ theſaurum intuliſſe videantur. Petrus enim, vt in Iudæa, in Anthiochia; & Romæ Chriſti eccleſiam gubernaret, longos pertulit labores, crudeliſſimas paſſus eſt inſectationes, diris detétus eſt carceribus, nouiſſimequè capite inuerſo cruci affixus eſt. Paulus, vt idemipſe teſtatur, pro ipſa eademquè Eccleſia plus omnibus laborauit: noctè et die in profundo maris fuit: ter naufragium fecit: ter uirgis cæſus eſt: ſemel lapidatus, vinctus catenis, carceribus traditus, ac demũ capite truncatus eſt. Iohannes pariter, quoniam Romæ ante portam latinam in feruentis olei dolium, vt in Apologetico ſcribit Tertulianus, ſed & ſancta cõmemorat Eccleſia, pro tuenda Chriſti fide miſſus eſt; in Pathmos inſulam relegatus, atque, vt diximus, diutius viuens tyrannorum, hæreticorumquè perſecutiones, numquã non paſſus eſt. Sed & beatiſſimam Dei genitricem theſaurum ceteris locupletius ditaſſe, ex his quæ ſecundo libro diximus, facilè colligi poteſt. Cũ igitur ij præ aliis Chriſtum dilexerint, magiſq; dilecti fuerint ab eo, ſacrum quoque Eccleſię theſaurum abundãtius locupletauerint; numquid non conſentaneum eſt, vt præ ceteris etiã honorentur, atque iccirco ſanctiſsimæ eorũ ædes præcipuè IVBILEI tempore uiſitentur?

1.Cor.15
2.Cor.11
Act. 27.
Act. 21.
Tertul.
Eccleſia.

2. PORRO id quoque par fuiſſe ex parte Chriſtianorum, hinc ſuaderi poteſt; quòd etſi Sanctis omnibus, ac præcipuè Apoſtolis, multis nominibus debitores ſumus; nihilominus ſi Deus, vt D. Bernardus ait, nos omnia habere voluit per Mariam; illi præſertim deuincti ſimus oportet. Rurſus, ſi Petrus eſt ſummus Chriſtianorum paſtor; ſi Paulus gentium omnium Doctor; et ſi Iohannes & euangeliſta, & apoſtolus, & propheta fuit, nec non magnus Eccleſię propugnator, atque inſtructor; certè, ne ingrati inueniamur, eos maiori proſequi debemus veneratione, eorumquè eccleſias maximè prædicto tempore crebrioribus viſitationibus honorare.

D. Ber.

3. POSTREMO, quàm conueniens rationi fuerit etiam ex parte Papæ, ex hoc haud obſcurè dignóſci poteſt; quòd his Sanctis præſertim habeatur obſtrictus. Petro quidem & Paulo, quoniam ſunt veluti duo Eccleſiæ luminaria, quæ eam illuſtrant; duæ oliuæ, quæ illam impinguant; duoquè aurea candelabra, quæ illam exornant. Iohanni verò, quoniam tametſi ſummus Pont. totius Eccleſiæ ſit Epiſcopus, veruntàmen Romanus Epiſcopus potiſsimum cenſetur, cuius propria eccleſia eſt Lateranenſis, vnde et Lateranenſis Epiſcopus interdum appellatur. At beatiſsimæ Dei Genitrici ideo maximè obligatus eſſe videtur, quòd eius prǽſidio regatur Eccleſia; eiuſquè præcipuè interuentu extinguantur hæreſes omnes, vnde in eius laudem verba hęc, nempe,
„ Gaude Maria virgo, cunctas hæ-
„ reſes ſola interemiſti, ſæpenumero decantantur. Quapropter cum ad Pont. Maximum pertineat operam dare, ut Chriſtiani omnes honorem ac reuerentiam beatiſſimæ Virgini, Apoſtolorum principibus, atq; Euangeliſtæ Iohanni præſertim exhibeãt; quis fidelium ignorare, aut in dubiũ vertere vnquàm poſſet, num prudentiſſimè inſtituiſſet, vt qui IVBI-

Geneſ. 1.
Eccleſia.

LEI

LEI participes fieri optant, ſacras prædictorum Sanctorum ædes peculiariter viſitarent. Poſſem alio quoque argumento minimè inani, aut infrugifero, eandem conſtabilire veritatem; quia ſcilicet eccleſię illæ idipſum, nempè quod IVBILEI gratia à fidelibus adiri debeant, ſuo veluti iure expoſcere videantur: proptereà quòd pluribus quàm ceteræ omnes decoratæ ſint Saluatoris noſtri, & beatiſſimæ ſemper Virginis illius Matris monumentis; pluribus ſanctorum, præcipuè autem Apoſtolorum ditatæ reliquiis; pluribus inſignitæ venerandæ antiquitatis indiciis; pluribuſquè illuſtratæ ſummorum Pont. atq; Imperatorum priuilegiis: nihilominus quia actum agere, vt dicitur, non debemus; & plures fuere, qui de ſingularibus earumdem eccleſiarum fuſius ſcripſerunt prærogatiuis, maximè autem poſt Panuinium M. Attilius Serranus, quē magnis laudibus digniſſimum cenſeo, ſat fuerit ſuperioribus egiſſe rationibus. Sed quoniam certo dierum numero eædem eccleſiæ pariter IVBILEI acquirendi gratia deuotè uiſitandæ ſunt, ac preces quædam habendæ; ne hac in parte, quę dictu neceſſaria ſunt, omittamus, iam & de illis agamus oportet.

Pānuinius M. Attilius Serran.

Quòd lucraturi Iubileum diebus triginta, aut quindecim viſitare debent Eccleſias. Cap. 10.

CERTVM eſt autē excellētium rerum acquiſitio à vilium adeptione, in hoc præſertim differre; quòd hæ facilè, illæ verò non niſi magno comparantur labore. Sunt quidem res præclariſſimæ (vt quod dicimus exemplo quoque pateſiat), ſcientia, & virtus. Illa enim vſque adeo hominem effert; vt non deſint, qui aſſerant: Virum doctum à ſcientiarum omnium ignaro, non ſecus atque viuum à picto diſtare. Sed & virtute intantum inſigniuntur mortales, vt qui virtutibus prædití fuiſſent, vel in Deorum numerum referre veteres nō dubitauerint. Porrò quòd hæ non citra magnum laborem acquirantur, præter iuge experimentum, ex his apertè conuincitur, quod de prima ſcriptum ſit:

Auer.

Multa tulit, fecitquè puer, ſudauit, & alſit.
Abſtinuit venere & vino.

Horat.

De altera verò:

Virtutem poſuere dei ſudore parandam.

Eſiod.

Nullus igitur mirabitur, nulli videbitur durum, (modò quàm præclarus ſit IVBILEVS, quamquè inſignes eius fructus, minimè ignoret) quod IVBILEVM ipſum adepturis, præter illa quæ ſuperiori capi-

capitulo in medium attulimus, opus ſit, ſi Romæ manſerint, diebus triginta; ſi verò peregrini fuerint, quindecim prædictas viſitare Eccleſias. Id quę deuotè præſtare, necnon pro ſua ipſorum, proquè totius Chriſtiani populi ſalute pias ad Deum preces effundere. Verum & ſi hęc quoque magna ſapientia à Sum. Pont. inſtituta eſſe nemo uereri debet (neq; enim licet ignorare, quod non ſemel atque iterum ſupra conſtitutum eſt; eos in his potiſsimũ rebus, quæ in ampliorem Dei cultum, & in certiorem fidelium omnium ſalutem ordinãtur, Spiritus ſancti illuſtratione doceri) mearũ tamen partium eſſe arbitror, hæc ſapientiſsimè ordinata fuiſſe demonſtrare.

1. IGITVR quòd graui conſilio inſtitutum ſit, vt ſacrum lucraturi IVBILEVM diebus triginta adeant Eccleſias, triplici argumento apertiſsimè ſuadetur.

PRIMO quidem, quoniam ſi neceſſe eſt, vt inter cauſam & effectũ proportio aliqua inueniatur, atque idcirco præſtantior effectus preſtantiorem expoſtulet cauſam; ſanè nõ quæuis indulgẽtia quamlibet ob cauſam concedi poterit; ſed quæ fuerit maior maiorem quoque requiret. Quapropter cum ſacri IVBILEI indulgengentiæ (vt ſecundo libro copioſè oſtẽſum eſt) maximæ ſint, manifeſtũ eſt conuenientiſsimũ eſſe, vt nõ niſi magnis etiam rationibus a Sũ. Põt. concedãtur. Cũ igitur eiuſmodi ſint, diebus triginta prædictas quatuor adire eccleſias (eſt enim opus valde arduũ, ac pœnale, ideoquè mirum in modũ, ſatisfactorium) cõſequens eſt, vt magna etiam ſapientia ordinatum fuiſſe exiſtimari debeat.

SED ex maiori quoquè Sanctorũ honore, cumulationibuſquè Chriſtianorum meritis idipſum haud difficilè comprobatur. Manifeſtum quippe eſt, inter modos alios, quibus homines ſe mutuò honore proſequi ſolent, hunc etiam ſcilicet quod nonnũquam ſe inuicẽ viſant, meritò annumerari. Vnde & in ſacris literis legimus Ioſeph fratres ſuos viſitaſſe, idemq; Ochoziam Iorã, et beatiſsimã Dei matrem Eliſabet (quod & honoris gratia factum eſſe nõ dubitamus) præſtitiſſe. Igitur cum ſummi Pont. prædictas Sanctorum ædes à Chriſti fidelibus, maximè IVBILEI anno coli voluerint (quod in eorundem Sanctorum honorem factum fuiſſe ſuperius dicebamus) nonne prudenter egiſſe videri debent, ſi, quo iidem Sancti maiore cumularentur honore; eorum baſilicæ ab iis, qui IVBILEVM conſequi optant, vel triginta diebus viſitari mandarunt? Sed quòd eaſdem eccleſias totidem diebus adeuntibus meritorum cumulus augeatur, hinc cuique efficitur manifeſtum: quòd quemadmodum opera quatenus pœnalia ſunt, vt alio loco diximus copioſius, ſatisfactoria eſſe cenſentur, ſic & quatenus bona, meritoria. Si ergo augetur ſatiſfactio pœnalibus multiplicatis operibus; quomodo poterunt nõ excreſcere bonorum operum merita, ſi ipſa quoque tantopere creuerint opera? Quoniã igitur Chriſtianis illis, qui IVBILEVM quærunt, id euenire videmus, cũ eccleſias diebus triginta adire conantur; haud dubiũ quin etiam magis ac magis meritis augeantur.

Gen. 37.
4. re. 9.
Luc. 1.

VERVM ſi trigenarij numeri myſteria diligenter perſpecta fuerint, idem ratione nequaquam inepta cõfirma-

Luc. 3 firmabitur. Nam ſi Chriſtus (vt breuitatis gratia cætera omittamus) tri-
Ezech. 1 geſimo anno baptizatus eſt; Aperti ſunt ei cæli (ſicut & Ezechieli) pariter anno trigeſimo; Spiritus ſanctus ſuper eum venit; Et vox patris intonuit, Hic eſt filius meus dilectus:
Gen. 41 Rurſus ſi Ioſeph anno trigeſimo è carcere eductus eſt, & aliorum Prin-
2. *Reg.* 5 ceps conſtitutus; Et Dauid ſimiliter trigeſimo anno in Regẽ Iſraelis eſt aſſumptus; nonne ſapientiſſime factum eſt, vt Chriſtiani IVBILEI gratia diebus triginta eaſdem Diuorũ ædes religioſè adirent? Eo namq;
Mar. 1 pacto à peccatorum ſordibus pœnitentiæ baptiſmate abluuntur: Ad cæleſtium donorũ influxum eis ape-
Rom. 8 riuntur cœli: Spiritũ adoptionis filiorum Dei recipiunt: E diaboli car-
Pſal. 44 ceribus, nempe ex ipſius eruti poteſtate, aliorum Principes (quod alio in loco efficaciſſimis aſſeruimus rationibus) cõſtituuntur: Ac demum ad
Matt. 25 fœliciſſimum paradiſi regnũ, quod à conſtitutione mundi eis paratum erat, glorioſiſſimè euehuntur.

SED neq; ob id, quod prædictas eccleſias diebus totidem adire nequeunt peregrini, horum donorum modo aliquo cẽſentur expertes. Nã quod à familijs ſuis recedẽtes graui afficiantur triſtitia: quòd non citra iacturam propria omittant negotia: quòd magna itinerum ferant incommoda: quòd plura ſubeant pericula: quòd magnis expenſis Romam pergant: quòd tam diu à proprijs peregrinentur ſedibus: quòdque alia plura, quàm in præſentia recenſere poſſimus, ſacri IVBILEI acquirendi gratia patiantur detrimenta; nonne in cauſa eſſe debent, vt ij quoque, ac ſi diebus triginta eaſdem eccleſias viſitaſſent, eiſdem donentur muneribus?

QVAMVIS autem ijs rationibus maximè congruenter inſtitutũ fuiſſe, vt fideles diebus triginta aut verò quindecim, pro perſonarum varietate, prædictas Sanctorum baſilicas IVBILEI adipiſcendi gratia adirent, nequaquam inualide probauerimus: & idipſum fieri debere inde apertè inſinuetur, quòd omnibus ſummorum Pont. hactenus hac de re editis diplomatibus idem obſeruari ſtatuatur: attamen nulli controuerſum eſſe debet, eoſdem Pont. Max. cũ Chriſtianis diſpenſare poſſe, vt paucioribus diebus eccleſias ipſas adeant, quò ſacrum lucrifaciant IVBILEVM; quẽadmodũ & ipſius IVBILEI tempus, ut ſupra diximus, immutare poſſunt, & vt ad eccleſias alias accedatur, ſtatuere.

2 AT quòd etiam prudenter ſtatutum ſit, vt ſacrum adepturi IVBILEVM dictas Sanctorum ædes deuotè viſitent, quamuis & alijs poſſit argumẽtis affirmari, nobis tamen ſat futurum putauimus, ſi tribus, quę videri poterunt meliora, id præſtare curauerimus.

EST autem primum, quòd ſummi Pont. ſtuduerunt, ne illi, qui IVBILEVM cuperent, oleum, & impenſam, vt prouerbio dicitur, perderent. Quod dubio procul eis accideret, ſi iniuncta eam ob rem opera abſque deuotione vlla exequerentur. Si enim phariſæi, propterea quòd citra pium cordis affectũ Deũ orabant, id fruſtra feciſſe perhibentur (Ait enim in Euangelio ex Eſaia
„ Dominus: Populus hic labiis me *Matt.* 15
„ honorat, cor autem eorum longe *Eſa.* 29
„ eſt à me, ſine cauſa colunt me)

Qui fieri poſſet, vt non etiam vanus foret illorum labor, qui, vt IVBI-LEI fructibus donarentur, nulla interueniente deuotione, pedibus tantum Sanctorũ tererent eccleſias?
„ Haud namque ineptè dicitur: Si
„ cor non orat, in vanum lingua la
„ borat. Ne igitur incaſſum niteren tur Chriſtiani, mira cautum eſt prouidentia, vt eccleſias adire quidem, ſed deuotè, adire iuberentur.

ALTERVM autẽ eiuſdem rei argumentum hoc eſſe poteſt, nẽpe vt intelligerent, qui ſacrum ſatagerent aſſequi IVBILEVM, non vſque adeo hac in re propriæ cõſulendum eſſe vtilitati, vt de Dei honore parũ aũt nihil curare viderentur. Si enim in his, quæ ad corporis refectionem, ad confirmationem membrorum, atque ad uirium reparationem attinẽt, & naturę impellẽte neceſsitate ſumere coguntur; Dei honorẽ apoſtolica doctrina ſectari iubentur; cum eis di
1.Cor.10 „ citur: Siue manducatis, ſiue bibi-
„ tis, ſiue aliud quid facitis, omnia
„ in gloriam Dei facite; quanto magis cum IVBILEVM quærunt, in Dei honorem mentis oculos conuer
„ tere debẽt? Igitur quia deuotio, vt
D.Tho. „ D.Tho. verbis vtamur, nihil aliud
„ eſſe videtur quàm voluntas quædã
„ promptè tradendi ſe ad ea, quæ per
„ tinent ad Dei famulatum; cupientes Summi Pont. vt Chriſtiani, cum IVBILEVM lucrari ſtudent, Dei quoque perquirant honorem; ſapienter feciſſe dignoſcuntur, cum illa, quę ipſius gratia facienda ſunt, vt deuotè fierent, ſtatuerunt.

TERTIVM verò, quo eadem inſtitutio rationi conſentanea fuiſſe conuincitur, argumentum eſt: Quoniam cum opera in peccati ſtatu pa-
„ trata Deo minime placeant (Vni Eſa.64.
„ uerſæ enim iuſtitiæ noſtræ, inquit
„ Eſaias, quaſi pannus mẽſtruatæ) neceſſe vtique fuit, vt commonerentur IVBILEVM quæſituri, ne illa, quæ propterea facienda ſunt, extra gratiæ ſtatum exequerentur. Nam ſi IVBILEVM abſq; iuſta cauſa cõcedi non poteſt; mortua verò opera eiuſmodi eſſe nequeunt (neq; enim credendum eſt, ſanctiſſimæ paſſionis Chriſti fructus ob opera illa communicari vnquam poſſe) quomodo non putandum eſt neceſſarium, vt eccleſiæ illæ in ſtatu gratiæ à fidelibus adeantur? Rurſus cum nullus hæſitare poſſit, quin opus ſit, vt inter opera illa, quæ IVBILEI acquirendi cauſa fieri debẽt, & IVBILEVM ipſum ſpiritalis vitæ ſimilitudo inueniatur, (id enim ſuperius explicatum eſt manifeſtè) ac propterea quemadmodũ viuus eſt ditiſſimus indulgẽtiarũ theſaurus, ita etiam viua ſint opera illa: ſi, quæ in letalis peccati ſtatu patrata
„ ſunt, eiuſmodi eſſe nõ poſsũt (Quę 2.Cor.6
„ enim participatio, inquit Apoſto
„ lus, iuſtitiæ cum iniquitate? Aut
„ quæ ſocietas lucis ad tenebras?
„ Quę autem conuentio Chriſti ad
„ belial?) quomodo non exigitur, vt gratia fulgeant, quæ ob ipſius IVBILEI adeptionem neceſſe eſt fieri? Sed et euidens huius rei ſignũ eſt, quod, vt in Sũmorũ Pont. diplomatibus apertè legitur, nonniſi verè pœnitentibus, & confeſſis ea opera proponuntur agenda. Quia ergo vera deuotio, vt ex ipſius definitione, quã D.Tho. paulò ante ex D. Thoma attulimus, liquidè colligi uidetur, abſq; gratia inueniri non poteſt, & idcirco nemo fit (niſi gratia viuat) qui deuotè quippiam peragere queat; nulli dubium

eſſe poteſt, maxima factū eſſe ſapientia, vt qui IVBILEVM lucrari cōtendunt, quas ſępius commemorauimus Sanctorum baſilicas, deuotè viſitare conentur.

3. TANDEM quàm ſcitè decretum ſit, vt qui ſacri IVBILEI participes effici optant, pro ſua ac totius Chriſtiani populi ſalute apud Deum precibus agant, ſi tria haud oſcitanter expenderimus, fiet vtique aliqua ex parte manifeſtum.

QVORVM primum eſt, quod quemadmodum diuina prouidētia, vt ex S. Thoma didicimus, non ea *D.Tho.* tantum, quæ producēda eſſent, conſtituit, ſed & cauſas, à quibus producerentur, illis aptauit; ſic & in ipſo ordine gratiæ ſe ſe geſſit. Nam mu- *Ioa. 1.* nera ſua Chriſtianis affluenter largiri quidem ſanciuit; ſed & media, nimirum preces, quibus ad ea obtinenda vterentur, eis propoſuit. Vnde Chriſtianos orationis virtute donis ſuis ditare conſueuit, ſicut agrorum ſegetes hominibus cunctis agriculturæ ope proferre. Porrò quàm ſolidū rectumquè ſit, quod diximus, tametſi exemplis pluribus tam ex ſacris literis, quàm ex eccleſiaſticis hiſtoriis depromptis demonſtrari poſſet; his tamen omiſſis, clariſsimis Chriſti verbis dilucidè comprobatur. Ait nam- *Luc. 11.* què: Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Ac ſi fuſius clariuſq; dixiſſet. Noueritis chariſsimi, quicumque doctrinam meam ſectari cō cupiſcitis, cœleſtem Patrem ea omnia, quæcumque optatis, vobis quidem largiturum: Vt tamen ſciatis bona cuncta ab ipſo veluti à patre lu- *Ioa. 1.* minum, à quò omne datum optimū, & omne donum perfectum deſcēdit, promanare: Vt diſcatis cum fiducia *Heb. 4.* accedere ad tronum gloriæ ſuæ: Vt ſi *Apoc. 22* ſancti eſtis, ſanctificemini adhuc, ac meritorum ditiores efficiamini: orationis ſuffragio ea vobis impertiri cō ſtituit. Petite ergo fidenter, quia accipietis; quærite diligenter, quia inuenietis; pulſate feruenter, quia aperietur vobis. Et ne quis in dubium hunc diuinæ ſapientiæ ordinem vertere præſumeret; adiecit: Omnis *Luc. 11.* enim qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit; & pulſanti aperietur. Cum igitur Summi Pont. diuinæ prouidentiæ ordinem probè callerent; ſanè magna vſi ſunt ſapientia, cum ſacrū adepturos IVBILEVM pro ſua ipſorum atque totius Chriſtiani populi ſalute orare ſtatuerunt.

SECVNDVM verò, quo idem haud immanifeſte conuincitur, eſt; quòd cū charitas, ut patētibus ſacra- *Can. 2.* rum ſcripturarum teſtimoniis liquet, ordinata ſit; atq; ideirco homo prius *1.Tim. 5.* ſeipſum diligere debeat quàm alios, quia amorem illum, quo alios proſequi iubetur, ſuiipſius dilectione ceu amuſsi quadā ordinare præcipiatur, cum ei dicitur: Diliges proximum *Matt. 22* tuum ſicut teipſum; neceſſe vtiq; eſt, ut quilibet prius propriā quàm aliorum perquirat ſalutē. Atque hinc fit, vt quæ de precibus pro obtinendo IVBILEO Deo porrigendis in Summorum Pont. literis ſtatuuntur, non minus eruditè ac ſapienter, quā piè ordinata fuiſſe iure optimo cenſeantur.

SED ne pluribus, quàm opus ſit, in re tam patula agamus rationibus, illud tantū ſat fuerit addidiſſe, quod cum Summi Pont. nequaquam ignorarent anno verè ſancto IVBILEI gratia Romam pergere diuites et pau

petes; ſanos, & imbecillos; iuuenes, & ſenes; viros, ac mulieres; doctos, & indoctos; italos, & exteros: ſtatuerint autem, vt ij omnes, ſi IVBILEI potiri cuperent, orarēt quidem pro ſua ac totius Chriſtiani cœtus ſalute: ſed neque quo modo id faciendum; neque quàm diu orationi inſiſtendum; neque quot, quæuè altaria adeunda; neque quibus verbis vtendum declarauerint: ſed, quò omnibus ac ſingulis melius utiliuſquè cōſulerent, unumquemque in ſuo ſen-
Ro.14. ſu abundare, & in his omnibus liberum eſſe uoluerint; nonne hinc quoque eorum maxima detegitur ſapientia? Licet autem quantum ad ipſius IVBILEI acquiſitionem attinet, nulla cuiquam orandi præſtituatur forma, ſed vnuſquiſque ſuo relinquatur arbitrio, ac propterea quidam longioribus, quidā breuioribus precibus agant; & ij plures, illi verò pauciores adeant aras: quia tamen non deſunt, qui cum alios alia facere videant, quo modo ſibi utilius orandū ſit, prorſus ignorent: non ab re feciſſe uidebimur, ſi hoc in loco hoc vnum, ceu coronidem quandam addiderimus; nimirum licere quidem cuique, prout ſibi expedire iudicat, aut prout uacat, orare; nihilominus illud uideri ſecurius, quod & utilius eſſe nemo nō uidet, ut, ſi fieri poteſt, ad ſingulas priuilegiatas, quas uocāt aras, accedatur; tum quòd aliis quoque temporibus hoc ab omnibus ferme fieri pateat: tum etiam quòd tam præclaræ indulgētiæ, iuxta quæ aliàs dicta ſunt, id iure expetere uideatur. Sed hac quoque de cauſa prudentiſſimè, & piiſsimè, religioſiſſimequè eos facere meritò exiſtimamus, eoſquè miramur, atque imitari ſtudemus; qui toto illo tempore, quod in adeundis eccleſiis impendunt, cum illud ſpeciatim Deo dicauerint, non niſi piis precibus aut meditationibus vacant. Et ſi quid interim loqui contigerit (magno enim incedunt ſilentio) ſermo eorum, iuxta D. Pauli do-
ctrinam, ſemper eſt ſale conditus; & *Coloſ. 4.*
non loquantur niſi ſermones Dei. *1. Pet. 4*
Hæc autē ab vtriuſq; ſexus fidelibus cunctis, præcipuè autem à Romanis, Sanctorū baſilicas IVBILEI gratia adeuntibus obſeruari, nemo eſt, qui aut propriis non perſpexerit oculis, aut, ſi abſens fuerit, ab redeuntibus à IVBILEO plenis, quod aiunt, buccis ea nō audierit enarrari. Neq; ab humilioris conditionis hominibus, quòd non rarò maiori videantur pietatis ſtudio flagrare, hæc tantum fieri exiſtimare potes. Quò enim proſapiæ claritate, diuitiarum ſplendore, aut dignitatum gloria præſtantiores ſunt, eò magis hac maximè in re aliis omnibus maiores eſſe cōtendūt.

Verum quoniam iam ſatis oſtenſum eſt, quid pro ſacri IVBILEI adeptione ſit agendum; reliquum eſt, vt & de his, quæ pro tuendis pariter IVBILEI fructibus fieri debeant, diſſeramus.

Quæ

Quæ obſeruanda ſunt, ne, quæ Iubilei virtute acquiſita fuerint, amittantur.

Cap. II

AT verò quoniã parum, aut etiam nihil cõmodi videretur afferre, tam longas peregrinationes obiiſſe, tot ſe obieciſſe periculis, tot ſubiiſſe labores, tot incommoda, aut detrimenta, ſacri IVBILEI acquirendi gratia pertuliſſe; ſi mox qui ipſius fructus adepti fuerint, eos minimè tuerẽtur; nequaquàm inutile fuerit, ſi hoc nouiſſimo huius libri loco (hac enim ratione labor hic noſter videbitur abſolutior; & iis, ad quorum manus deuenerit, vtilior eſſe poterit) quomodo ſeruandi ſint, docere ſtudeamus. Nam, vt poeta quidam dixit: (quòd aliqua ex parte propoſito quoque noſtro aptè quadrare nõ dubito)

Ouid. *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Et ſicut alius teſtatur:

Cato. *Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo.*

Quatuor igitur documentis id præſtare conabimur.

1. QVORVM primum eſt, vt ii, qui ſacri IVBILEI participes effecti fuerint, toto expendant animo, quàm ingens fœlicitatis genus ſit nulli obnoxium eſſe peccatorum, pœnarumuè ſoluendo debito. Nam inter omnia ſpiritalia oblectamenta (quæ corporalibus longe maiora eſſe, præter communem peritorum ſententiam, ac præclariſſimam Theologorum, præcipuè D. Thomæ doctrinam, experientia ipſa teſtatur) illud, quod ex conſcientiæ puritate, atque tranquillitate prouenit, tã magnũ eſt, vt nec verbis conſequi poſſimus, nec quiſquàm, niſi qui acceperit, vt in ſacra Apoc. dicitur, ipſum valeat intelligere. Quare nihil iucundius, nihil dulcius homini obuenire poteſt, quàm nulla palleſcere culpa, nullam pertimeſcere pœnam; quod lepidè atque ſapienter expreſſit D. Bernardus, cum dixit: Magnæ diuitiæ, bona & tranquilla conſcientia. Et re vera ſic eſt. Quid enim eſt in rebus ditius? quid in corde dulcius? quid in terra quietius, atque ſecurius, bona & tranquilla conſcientia? Et Paulus (à quo ſanè ille didicerat) huius boni ſublimitatẽ pleniſſimè agnoſcens nõ metuit aſſerere gloriam ſuã, atque conſimilium eſſe conſcientiæ teſtificationem: Gloria noſtra, inquit, hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ. Quapropter, cùm fœlicitas, quò maior fuerit, eò neceſſariò ſit optabilior; quemadmodum & deterius malum, deteſtabilius iudicatur: reſtat, ut pro tuendis fructibus illis, quos ex ſacro IVBILEO ſuſceperint Chriſtiani; perutile fuerit reminiſci magni illius gaudii, quo perfrui meruerint, vbi eiuſdem IVBILEI munere omni peccatorum onere fuerint ſubleuati.

D.Tho. 1. 2. q. 21. ar. 5

Apoc. 2

D. Ber. de Con.

2. Cor. 1

2. VERVM ſi quis inueniretur, qui dulcedinem hanc non guſtauerit; aut qui ad perſeuerandum in bono, timoris ſtimulis faciliùs traheretur; & in quo plus poſſet ærumnæ metus, quàm fœlicitatis cupido;

aliud ei aſſerimus documentum, nimirum: vt animaduertat, quanta officiuntur calamitate, qui ſubditi ſunt peccatis, ac luendarum pœnarum debitis. Quòd, vt copioſiùs percipiatur, non ſegniter attendendum eſt, eam debitorum, præſertim ſi magna fuerint, eſſe naturam, vt præ aliis ferè omnibus hominis animũ ſollicitet, affligant, atq; contorqueant. Quippè debitorem ſollicitat, angitq; obnoxios habere creditores; torquet numquàm non cogitare quomodo debitum pēdere queat; excruciat timor, ne tota expolietur domus, ac ſupellectilia omnia diripiantur; proſternit, ac penè exanimat metus, ne vinctus lictorum manibus trahatur ad carceres: qua propter nec comedere, nec bibere, ſed neque dormire permittitur vnquàm. Et huius quidem rei euidens ſignum eſt, quod cum eques quidam romanus ex hac luce migraſſet, compertũ eſt, vt refert Macrobius, eum tantum habuiſſe æris alieni, vt ſummam ducenties nummum excederet, idquè, dum viueret, celauerat. Cum igitur res illius venditioni exponerentur; iuſſit Auguſtus ſibi illius culcitram emi: ac demirantibus amicis, & cur id feciſſet percontantibus: Optima eſt, inquit, ad ſomnum mihi conciliandũ, cùm in ea tanto ære alieno obſtrictus ſomnum capere potuiſſet. Quibus ſanè verbis ſignificare voluit prudentiſſimus imperator, non videri ſibi poſſibile, hominem tam multo obſtrictum eſſe ære alieno, & dormire aut quieſcere vnquàm poſſe. *Macrob.*

AT ſi tam magnum infœlicitatis genus eſt corporalibus ſubiici debitis; quis ignoret longe maius eſſe ſubiici ſpiritalibus? Illa enim noſtris nũmis, ſupellectilibuſuè ſoluere valemus; poſſumus protrahere pendendi tempus; & non numquã dolo, ne pendere cogamur, deuitare; ſed & ad exteras poſſumus effugere nationes, ibiquè ſecuri delitеſcere. Sed numquid hiſce modis uitare poterimus vnquàm, quo minus peccatorum debita diſſoluamus? Nequaquàm ſanè. Omnes enim iuſtitiæ noſtræ tamquã pannus menſtruatæ. Mēſurabiles poſuit Deus dies noſtros. Et cum ei viſum fuerit, dicet: Stulte hac nocte repetunt à te animam tuam. Sed neque eſt ſapientia, neque prudentia, neque conſiliũ contra Dominũ. Quemadmodum neq; vllus latendi locus, teſte Propheta, inueniri poteſt. Ait enim: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades. *Eſa. 64* *Pſal. 38* *Luc. 12* *Pro. 21* *Pſ. 138*

SI igitur qui experimento didicerunt, quanta ſit miſeria debitorum vinculis mancipari; ubi debita ſemel expenderint, ſummã adhibent diligentiam, ne in poſterum iterum debita, etiam leuia, contrahant (Piſcator enim, vt prouerbio dicitur, ictus ſapiet) reuera & ij, qui IVBILEI virtute vniuerſa peccatorum, pœnarumquè debita exoluerint, ſi pertimeſcendã illam ſpiritalium debitorum miſeriam, ærumnáquè perpenderint; præſertim ſi animaduerterint, quoniam eorum nouiſſima prioribus efficerentur peiora, ſtudioſè diligenterquè operam dabunt, ne rurſus peccatorum ſordibus inquinentur, atq; iccirco quæ IVBILEI dono adepti fuerint, omni diligentia ſeruare contendent. *Luc. 11*

3. AT quoniã diuinũ perſeuerantię munus

D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 9. ,, munus, vt docet D. Thomas, imo
ex ſacro Tridentino Cõcilio colligi-
,, tur quá clariſſimè, aliunde haberi
Seſſ. 6. c. 13. ,, non poteſt, niſi ab eo, qui potẽs eſt;
,, eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeuerã-
,, ter ſtet; & eũ, qui cadit, reſtituere:
,, & nemo ſibi certi aliqđ abſoluta
,, certitudine polliceri debet, tametſi
,, in Dei auxilio firmiſſimam ſpem
Phil. 1. ,, collocare & reponere omnes de-
,, bent (Deus enim, niſi ipſi illius
,, gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus
,, bonum, ita perficiet, operans vel-
,, le, & perficere) ac propterea quia
poſſibile non eſt fructus illos, quos
IVBILEI ope aſſequuti fuerint
Chriſtiani, abſque peculiari Dei au-
xilio tueri; tertium, quod ſubiici-
mus, documentum eſt, vt precibus
Deo humiliter fuſis eos ſtudeant con
Phil. 2. ſeruare. Si enim Deus ſeipſum nega
re non poteſt, neque illa, quæ alicui
pollicitus fuerit, vnquam non præ-
Pſ. 144. ,, ſtare (fidelis eſt enim Deus, inquit
,, Propheta, in omnibus verbis ſuis;
,, & ſanctus in oĩbus operibus ſuis)
Mar. 11. ,, ſanè cum dixerit: Omnia, quæcũ-
,, que orantes petitis, credite, quia
,, accipietis, & euenient vobis; Et,
Luc. 11. ,, Petite & accipietis, quærite & in-
,, uenietis, pulſate & aperietur vo-
Ioa. 16. ,, bis; Et rurſus, Si quid petieritis
,, patrem in nomine meo, dabit vo
D. Aug. in Ioa. ,, bis (His enim verbis, D. Aug. te-
ſte, cœleſtem Patrem, quæ ad æternæ
ſalutis adeptionẽ neceſſaria fuerint,
orantibus intelligimus largiturum)
pro eorundem fructuum conſerua-
tione documentum hoc, orationi vi-
delicet inſtare, ac precibus agere, vt
ſupra dicebatur, maximum eſt.
Iud. 3. SED hoc in ſacro Iudicum libro
haud ineleganti delineatur typo. Ibi
enim legitur, Eglon Moabitarum
Regem (propterea quòd veluti tyran
nus Dei populum diuitijs expoliaret)
ab Aod viro fortiſſimo necatum eſſe,
eiuſquè miniſtros, Moabitas videli-
cet profligatos; atque hoc modo Dei
populus ea donatus eſt libertate, vt
octoginta annorum decurſu quieue-
rit. Sed quiſnam eſt Eglon ille, niſi
diabolus, qui numquàm non cir- *1. Pet. 5.*
cumit (vnde & rota interpretatur)
quærens quem deuoret? Quique,
vt Domino docente didicimus, ho- *Luc. 10.*
minem ab Hieruſalem in Hierico de
ſcendentem expoliauit, & inſuper
plagis impoſitis ſemiuiuum dereli-
quit? Porrò Dei populus eos præſer
tim ſignificat, qui vbi IVBILE-
VM piè celebrauerint, bonis cunctis
dirati ſunt, ac bonorum operum ſe- *Tit. 2.*
ctatores effecti. At Eglon, diabolus
ſcilicet, Moabitarum miniſterio, hoc
eſt, concupiſcentia carnis, concupi- *1. Ioan. 2.*
ſcentia oculorum, atque ſuperbia
vitæ, eos acquiſitis diuitiis expolia-
re numquàm non ſatagit. Moabita
enim interpretatur de patre, & hu-
iuſcemodi tentamenta non niſi ex pa
tris noſtri Adam hæreditate nobis
prouenire poſſunt. Quamobrem ne
bonis noſtris dæmonis opere priue-
mur, neceſſe eſt opem ferat Aod,
oratio videlicet, qua à Deo perſeue-
rantiam obtineamus. Neque mirum
cuiquam videri debet, ſi eo nomine
deſignetur oratio. Primum quoniam
ipſius nominis etymologia id poſcit:
interpretatur enim laus; at de oratio-
,, ne ſcriptum eſt: Sacrificium laudis *Pſal. 49.*
,, honorificabit me. Deinde quia
oratio dæmonem cohibet, ne dona
nobis à Deo collata ſubripiat; quẽ-
admodum Aod in cauſa fuit, ne Eglõ
Dei populum diuinis donis priua-
ret. Demum quia Aod expulit Moa
bitas;

bitas; & oratio tentationibus uires aut omnino adimit, aut vſque adeo eas attenuat, quin vel tantum ex ipſis præſtat commodi; vt cum Pro-„ pheta clamare poſſimus: Proba *Pſ. 25.* „ me Domine, & tenta me, ure re-„ nos meos, & cor meum. Verum vt clarius eluceſceret, perſeuerantiam, ac ſpiritales diuitias, ideoquè IVBILEI fructus ſeruari, foueriquè oratione, ſubiungitur, eundem populum mox octingentis quieuiſſe annis. Hoc enim numero æternæ vitæ quies deſignatur; non quidem ea duntaxat de cauſa, quòd quies illa octaua ætate, iuxta communem Doctorum ſententiam, ſit futura; aut quòd dominica die (quæ pariter octaua eſt) idem ſignificetur; ſed etiam *D. Aug.* (vt Diuo Auguſtino placet) quòd cum vitę noſtræ decurſus ſeptem dierum circulo terminetur, cõſummeturquè, octaua die perennis quies ſuccedat.

4. DENIQVE quoniam inter carnem & ſpiritum perpetua eſt con-*Gal. 5.* „ certatio (ſpiritus enim; inquit Pau-„ lus, concupiſcit aduerſus carnem, „ & caro aduerſus ſpiritum, vt non „ quæcumque vultis, illa faciatis) quò ſpiritus carni validius reſiſtere queat, & iccirco theſauri ſacri IVBILEI virtute acquiſiti valeant conſeruari; quartum extremumquè documentum eſt; vt, qui IVBILEI munere eos fuerint aſſequuti, cum ti-*Philip. 2* more, ac tremore, in laboribus, & eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, ceteriſquè bonis operibus ſalutem ſuam operentur; & quoad fieri poteſt, mundanarum rerum ſuperuacaneas declinent, abhorreantquè cupiditates. Ita enim fiet, vt ſubacta carne, & ſpiritu exiſtente victore; cuncta, quæ IVBILEI virtute acquiſierint, non citra magnum quæſtum ſeruent, moxquè fœliciter cum Sanctis omnibus vero æternoquè in cœlo perfruantur IVBILEO.

ID auté & in Exodo figura quadam minimè illepida prę mõſtratum *Exo. 13.* eſt. Cum enim Deus, vt ibidem legitur, populum ſuum theſauris locupletatum, iſraelitas videlicet, ex Aegypto, vt ad promiſsionis terram peruenirent, eduxiſſet; per viam deſerti, quæ tuta erat, eos ire præcepit; ne ſi per Philiſtinorum regioné pergere uoluiſſent, præliorum timore perterriti, iterum in Aegyptum rediſſent. Porrò populus ex Aegypto erutus chriſtianos illos prę ſertim deſignat, qui anno ſancto deuotè concelebrãt IVBILEVM. Hi enim non ſolum ex peccatorum tenebris exeunt, atque ex diaboli eripiuntur poteſtate; ſed etiam ſpiritalibus theſauris veluti charitatis auro, puritatis argento, bonorum operum lapidibus pretioſis, & id genus compluribus diuites efficiuntur. Voluit autem Deus eos Philiſtinorum euitare pericula, vt intelligeretur, qui IVBILEI participes effecti fuerint, mundanas cupiditates fugere debere: quoniam qui eas ſequuntur, animæ & corporis, ſpiritalium pariter, & corporalium bonorũ (quod Philiſtæi nomine, cũm duplex interpretetur ruina, deſignatur) facilè patiantur detrimentum. Vnde impoſſibile fermè eſt Philiſtinorum progredi viam, & in culparum Aegyptum nõ redire; ac propterea comparatis non expoliari theſauris. Scriptũ eſt enim: *Eccl. 3.* „ Qui amat periculum, in illo pe-„ ribit. Porrò via deſerti, qua iuſſi

ſunt

Matt. 7. ſunt Iſraelitę proficiſci, pœnitentia eſt; quæ cum anguſta ſit, & pauci per eam tranſeant, iure optimo eo nomine ſignificatur. Terra autem promiſſionis, ad quam unà cum acquiſitis in ſacro IVBILEO theſauris tandẽ ſumma cum fœlicitate perueniunt, qui latam Philiſtinorum uiam (quæ ad ruinam, exitiumquè ducit) dereliquerint, & viam deſerti, pœnitentiam ſcilicet tenuerint, vt in epiſtola ad Dardanum ſcribit
D.Hiero. epiſt.129 Hieronymus, cœleſtis eſt Hieruſalẽ. Illi ergo, qui ditiſſimos IVBILEI fructus adepti fuerint, eoſquè minimè amiſerint, à IVBILEO in IVBILEVM, nimirũ ab imperfecto ad perfectum, à temporaneo ad ęternum, à terreſtri ad cœleſtem pertran
Eſa. 66. ſibunt. Id quod Iſaias longè ante præuidens, atque de IVBILEO ſabbathi nomine (quòd & in alijs
Exo. 30. diuinarum ſcripturarum locis fieri
Leuit. 25 „ manifeſtè cõſtat) vaticinãs, Erit, „ inquit, ſabbathum ex ſabbatho. Quibus vtique verbis quid aliud ſignificare voluit, quàm animam depoſito grauiſſimo peccatorũ onere, cunctiſquè luendarum pœnarum debitis IVBILEI virtute perſolutis; ſi in ea conſcientiæ requiẽ ad mortem vſque permanebit, tandem dubio procul ad fœlicem perẽnemquè terræ promiſſionis IVBILEVM, nimirum ad æternam paradiſi requiem euocandam eſſe? Id autem in eadem quoque apertè præmonſtratum eſt figura. Cum enim finis hominis in illa Dei viſione, quæ fidei ſuccedit, quæquè propterea clariſſima eſt, inueniatur (nunc enim vt docet Paulus, ambulamus per fidem, 2.Cor. 5.
tunc per ſpeciem: Nunc videmus per ſpeculum in enigmate, tunc facie ad faciem: Nunc cognoſcimus 1.Cor. 3.
ex parte, tunc cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus) &, quemadmodum in re graui iam in centro quieſcente clariſſimè cernitur, vbi res quęlibet finem adepta fuerit, planè quieſcat; ſanè in terra promiſſionis; nimirum in cœleſti Hieruſalem, quæ in latinum perfecta uiſio interpretatur, ad quam cum acquiſitis theſauris, qui deſerti via profecti fuerint, fœliciſſimè peruenient, videbunt Deum, ſicuti eſt, 1. Ioa. 3.
ęternoquè perfruentur IVBILEO.

FINIS

INTELLIGITE ERGO INSIPIENTES IN POPVLO: ET STVLTI ALIQVANDO SAPITE Pſal. 93.

AVCTOR AD LECTOREM.

Nulla erat ante via: prærupta, atq; aſpera ſaxa
Et denſi latè obducebant omnia vepres.
Ipſe manu validam quatiens vtraque bipennem,
Latum limitem ago fruticum cedentibus vmbris.
Iamquè aditus datur, atque via licet ire patenti.
Spero etiam fore, cum, quæ nos extundimus ipſi,
Olim aliquis diuis, & muſis carior ipſis
In melius feret, atque impenſius arte polibit:
Et quæ vi noſtra primo patefacta labore eſt,
Mollius ille viam ſolidabit marmore ſecto,
Mi ſat erit ſpecimen clari monſtraſſe laboris.

EX HIERONYMO VIDA CREMONENSI.

INDEX CAPITVLORVM ET PRAECIPVARVM RERVM OMNIVM, QVAE IN QVATVOR HVIVS OPERIS LIBRIS CONTINENTVR.

A. columnam primam ſignificat, b. verò ſecundam.

TOTIVS operis communis præfatio. fol. 1.a.
Antiquos arcana nõnulla abſcondere conſueuiſſe. 1.a.
Chriſtianos myſteria quædam celare debere, quędam verò paſſim cunctis detegere. 1.b.
Neceſſarium fuiſſe, vt ſcriberetur de ſacro Chriſtianorum Iubileo. 2.a.
Magis ſcribendum ac legendum eſſe Iubileus, quàm Iobeleus. 2.b.
Quo ordine in hoc opere agatur de Iubileo. 2.b.
Quæ rationes formari & afferri poſſint, cum agitur de Iubileo. 3.a.
Sacrę ſcripturę plures habent ſenſus, etiam literales. 3.b.
Scripturas ſacras chriſtiani Iubilei myſteria continere. 4.a.
Summum Põt. ſingulari Dei prouidentia quantum ad ea, quæ communi Chriſtianorum ſaluti neceſſaria ſunt, gubernari. 4.a.
Sacrum Iublieum modo aliquo etiam pro defunctis inſtitutum. 5.a.
Naturalem philoſophiam ſacræ theologiæ eſſe valde vtilem. 5.b.
Non eſt mirandum, ſi hæretici naturalis luminis rationes deteſtantur. 6.a.
Rariſſimos hactenus ſcripſiſſe de ſacro Iubileo. 6.b.

Capitula primi libri.

CAP. I.

QVOD nemo de ſacri Iubilei inſtitutione dubitare poſſit. 7.a.
Multa ſunt ſanctæ Eccleſiæ encomia. 7.a.
Columnæ plures celebres. 8.a.
Cur Eccleſia dicatur columna. 8.a.
Cur Eccleſia dicatur firmamẽtũ. 8.b.
Cur Eccleſia dicatur columna, & firmamentum veritatis. 9.a.
Quia Eccleſia eſt columna et firmamentum veritatis, nemo de Iubilei inſtitutione dubitare poteſt. 9 a.
Aliquid dicitur eſſe neceſſarium quatuor modis. 9.b.
Iubilei quatuor cauſarũ genera. 10.b.
Quomodo intelligi debeat Iubilei inſtitutionem fuiſſe neceſſariã. 10.b.

CAP. 2.

QVOD neceſſaria fuerit Iubilei inſtitutio ex parte Dei. 10.b
Cauſa effectiua triplex. 10.b.

Deus

Deus eſt tam bonus, vt alia ei collata, bona eſſe non videantur. 1[illegible].a.
Conueniens eſſe, vt Deus etiam malum pœnæ nõnumquam expellat. 11.b.
Magna Dei prouidentia erga Eccleſiam. 12.a.

CAP. 3.

QVOD ex parte Chriſti Iubilei inſtitutio fuerit neceſſaria. 13.a.
Chriſtus non uenit legem ſoluere, ſed implere. 13.a.
Chriſtus modo quodam celebrauit Iubileum. 13.b.
Chriſtus voluit, vt poſt ſuam aſcenſionẽ celebraretur ab Apoſtolis Iubileus. 13.b.
Chriſtus voluit, vt in Eccleſia à ſuis fidelibus haberetur Iubileus. 13.b.
Dei miſericordiam alijs diuinis virtutibus eſſe præſtantiorẽ. 14.a.
Dei miſericordiam poſt incarnationem eſſe maiorem 14.b.

CAP. 4.

QVOD ex parte Sũmi Pont. neceſſarium fuerit ſacrum inſtituere Iubileum. 15.a.
Summum Pont. vt Chriſti Vicarium debuiſſe inſtituere Iubileum. 15.a.
Summus Põt. maximè debet eſſe miſericors. 15.b.
Sacerdotes præſertim debent eſſe miſericordes. 15.b.
Reges alijs miſericordia præſtare debent. 16.b.
Orationes communes efficaciores ſunt, quàm priuatæ. 17.a.
Aliæ religiones habebant, ſuo tamen modo, Iubileos. 17.b.

CAP. 5.

QVOD, vt ſacræ implerentur ſcripturæ, opus fuit inſtituere Iubileum. 18.a.
Iubileum à prophetis fuiſſe prænuntiatum. 18.b.
Iubileum antiquum figuram fuiſſe Iubilei chriſtiani. 19.b.

CAP. 6.

QVOD Iubilei inſtitutio neceſſaria fuerit ex parte finis. 20.a.
Duplex finis, principalis ſcilicet & ſecundarius, et uterque cõuenit Iubileo. 20.a.
Homines ad peccandum valde proclines. 21.a.
Homines ſacri Iubilei occaſione facilè reſipiſcunt. 21.b.
Triplex morientium conditio. 22.a.
Grauiſsimas eſſe purgatorij pœnas. 22.a.
Dei manus, qua purgatorij animæ affliguntur, habet quinque digitos. 22.b.

CAP. 7.

QVOD Iubileus ex parte formalis cauſæ fuerit neceſſarius. 23.b.
Formalis cauſa duplex, eſſentialis ſcilicet, & exemplaris, & vtramque habet Iubileus. 23.b.
Iubileus eſt quies quædam. 24.a.
Homo maximè quietem requirit. 24.b.
Conſcientiæ cruciatus grauiſſimus. 25.a.
Neceſſe eſt cœleſtem gloriam hominibus modo aliquo in hac uita repræſentari, 25.b

Cap.

CAP. 8.

QVOD reſpectu materialis cauſæ Iubileus neceſſariò fuerit inſtitutus. 26.a.
Materia triplex, ſcilicet materia ex qua, in qua, & circa quã. 26.a.
Iubileus triplicẽ habet materiã. 26.b.
Iubileus neceſſarius ex parte materiæ ex qua. 26.b.
Iubileus neceſſarius ex parte materiæ in qua. 27.a.
Iubileus neceſſarius ex parte materiæ circa quam. 27.b.

CAP. 9.

QVOD ſacer Iubileus cõgruo tempore fuerit inſtitutus. 27.b.
Quomodo docti, quantum ad illa, quæ audiunt, aut legunt, differant ab indoctis. 27.b.
Iubileus inſtitutus ante tempora Bonifacij viij. 28.a.
Deus opera ſua determinato certoquè tempore facit. 28.b.
Ea, quæ fidei ſunt, non eſſe paſſim omnibus obijcienda. 29.a.
Maximam fuiſſe priſcorum Chriſtianorum charitatem. 29.b.
Antiquiores Chriſtianos ſequentibus fuiſſe meliores. 30.b.
Pœnitentias grauiſſimas olim imponi conſueuiſſe. 30.b.

Capitula ſecundi libri.

CAP. 1.

QVOD dæmon ſacrum Iubileum, ſicut et cetera à Deo pro expiandis criminibus collata prorſus euertere conatur. 33.a.
Dæmon inducit hæreticos, vt doceant ieiunium eſſe inutile. 33.b.
Dæmon hæreticorum miniſterio orationem è medio tollere nititur. 34.a.
Dæmon eiſdem mediis eleemoſynam inutilem eſſe ſuadere conatur. 34.a.
Dæmon hæreticorum opere purgatorium negandũ eſſe docet. 34.b.
Dæmon hæreticorum doctrina ſacras indulgẽtias deſtruere conatur. 35.a.
Indulgentiarum veritas teſtimonijs pluribus comprobatur. 35.a.
Etſi nullum haberetur ſacrarum literarum teſtimonium, nihilominus indulgentiarum, & Iubilei doctrina negari non poſſet. 35.b.
Duplex Eccleſiæ Iubileus, ſcilicet determinatus, & indeterminatus. 36.b.

CAP. 2.

QVID ſit ſacri Iubilei, ceterarumquè ſanctarũ indulgentiarum theſaurus. 37.a.
In ſacris ſcripturis, & in ſummorum Pont. diplomatibus tropi quidam inueniuntur. 37.a.
Reges & principes in regnis ſuis debent habere theſauros. 37.b.
Chriſtus maximus princeps, in eccleſiæ regno ſuum debet habere theſaurum. 37.b.
Opera Deo grata poſſunt quatuor modis conſiderari. 38.a.
Idem vna eademquè operatione ſibiipſi mereri poteſt, & pro alijs ſatisfacere. 38.a.
Chriſtus indulgentiarum theſaurum infinitè cumulauit. 38.b.
Beatiſſimam Dei matrem eccleſiæ

theſaurum ingentibus auxiſſe diuitiis. 39.a.
Sanctis in theſaurũ Eccleſiæ diuitias magnas intuliſſe. 39.a.
Noſtris quoque tẽporibus indulgentiarum theſaurum ditari. 40.a.
Quare Deus voluerit theſaurum illum etiam Sanctorum meritis cumulari. 40.b.

CAP. 3.

QVOD Chriſtus in Eccleſia ſua ſacri Iubilei, indulgentiarumquẽ theſaurũ cõdiderit. 41.a.
Magna Dei benignitas erga Eccleſiam. 41.a.
Figura quædam, qua demonſtratur, Chriſtũ in Eccleſia poſuiſſe Iubilei, indulgentiarumquẽ theſaurum. 41.b.
Salomon Chriſti typum gerebat. 41.b.
Chriſtus in Eccleſia ſua nomen, oculos, & cor habere dicitur. 42.a.
Chriſtus in cruce poſitus Eccleſiæ ædificio finem impoſuit. 42.a.
Ingẽtes theſauros plures inueniri. 43.a.
Indulgentiarum theſaurum theſauris oĩbus eſſe præſtantiorẽ. 45.b.

CAP. 4.

QVID ſit remiſſio illa peccatorum, quæ maximẽ Iubilei anno concedi ſolet. 44.a.
Peccatum quodlibet duo comitantur, culpa ſcilicet & pœna reatus. 44.a.
Homines etiam poſt iuſtificationẽ luendis pœnis obnoxios remanere. 44.b.
Tribus modis diuinæ iuſtitiæ pro præuaricationibus ſatisfieri poteſt. 46.a.
Quæ pœnæ indulgentiarum virtute dimittantur. 46.b.
In Iubileo inueniuntur miſericordia, & iuſtitia: venia, & vindicta: debiti remiſſio, et ſolutio. 47.a.
Maximam eſſe ſacri Iubilei remiſſionem. 47.a.

CAP. 5.

QVOD Iubilei indulgentię ceteras antecellant. 48.a.
Difficile eſſe probare, Iubilei indulgentias alias oẽs præcellere. 48.a
Quę ſint pro acquirendis indulgentiis neceſſaria. 48.a.
Maiorem eſſe Iubilei anno pro lucrandis indulgentiis Chriſtianorum diſpoſitionem; quã aliis temporibus. 48.b.
Maiores eſſe ex parte ſuſcipientium indulgẽtiarum cauſas Iubilei anno. 48.b.
Summorum Põt. Iubilei anno intentionem eſſe ſolitò maiores concedere indulgentias. 49.a.
Argumenta à communi opinione eſſe valdè efficacia. 49.a.
Communem eſſe Chriſtianorũ opinionem, quòd Iubilei indulgentiæ cunctis aliis ſint maiores. 49.a.
Opiniones diuerſæ de plenis indulgentiis, nũ ab iniũctis et nõ iniunctis ſatisfactionibus liberẽt. 49.b
Iubilei indulgentias ab iniunctis, & nõ iniunctis eripere. 50.a.
Triplex plenarum indulgentiarũ gradus; quædam ſunt plenæ, quædam pleniores, quædam uerò pleniſſimæ. 50.a.
Quomodo gradus illi intelligi debeant. 50.b.
Conceſſionum quædam odioſæ, quę dam autem fauorabiles. 51.b.
Iubilei indulgentias ad fauorabilium genus pertinere. 52.a.
Communem Chriſtianorum deuotio-

tio-

tionem in errorē eſſe nō poſſe. 52.a.
Maxima Chriſtianorum ad Iubilei indulgentias deuotio. 52.a.
Iubilei indulgentias maximas eſſe, ex cæremoniis quibuſdam probari. 52.b.
Iubilei indulgentias eſſe aliis maiores, auctoritate ſacræ ſcripturæ ſuadetur. 53.b.
Iubilei indulgentias alias excedere, ſacrorum canonum teſtimoniis conuinci poſſe. 53.b.
Summos Pont. aliis quoque temporibus indulgentias eiuſdem virtutis poſſe concedere. 54.b.

CAP. 6.

QVOD Iubilei indulgentiæ quatuor modis ceteris omnibus præferantur. 55.a.
In his, quæ fidei ſunt, rationem nō eſſe quærendam, in aliis autē non ſine ratione loquendum 55.a.
Dubitari poſſe, quibus rebus indulgentiæ Iubilei aliis ſint maiores. 55.b.
Indulgentiæ Iubilei ſunt digniores aliis ratione ſubſtantiæ. 56.a.
Indulgētiæ Iubilei excellunt alias ratione virtutis. 56.b.
Indulgentiæ Iubilei præſtantiores ſunt aliis ratione certitudinis. 56.b.
Indulgentiæ Iubilei excellētiores ſunt aliis ratione quarundam prærogatiuarum. 57.a.
Excuſantur auctores, qui ſentire videntur indulgentias Iubilei non eſſe aliis maiores. 57.a.

CAP. 7.

QVOD Iubileus certo determinatoque tempore celebrandus eſt. 57.b.
Artificialem temporis diſtinctionem eſſe valde vtilem. 57.b.
Iubilei celebrationi quatuor tempora fuiſſe aſſignata. 58.a.
Numerorum ſpeculationem eſſe valde vtilem. 58.a.
Iubileum pro anno cētesimo fuiſſe congruentur inſtitutum. 58.b.
Iubileum fuiſſe conuenienter reuocatum ad annum quinquageſimum. 59.b.
Iubileum decenter in anno trigeſimotertio fuiſſe conſtitutum. 60.a.
Iubileum non ſine magna ſapientia tandem reductum fuiſſe ad annum vigeſimum quintum. 60.b.

CAP. 8.

QVOD Iubileus debet celebrari Romæ. 61.a.
Gentiles habuiſſe loca quadā religione inuiolabilia. 61.a.
Chriſtiani habere debent ſpiritale aſylum. 61.b.
Roma Ciuitatum omnium pręclariſſima. 63.a.
Roma communis omnium patria. 63.a.
Maxima Romanæ Vrbis religio. 63.b.
Romam cunctæ penè res ſacrę allatæ. 64.b.
Mira Summi Pont. dignitas. 65.a.
Chriſtianorum erga Romanam ſedem fouendam, augendamquè deuotionem. 65.b.
Chriſti potentia Romæ præſertim manifeſtata. 66.a.
Romanorum fides, & hoſpitalitas maxima. 66.b.
Romę præcipuè indulgentiarum theſaurum fuiſſe locupletatū. 67.b.
Roma ciuitas digniſſima. 67.b.

CAP. 9.

QVOD Iubileus ad alias quoque Chriſtianorum prouincias

eias protrahatur. 68.a.
Reſpublica humano corpori aſſimulatur. 68.a.
Eccleſia ſimilis eſt Ciuitati. 68.b.
Perſonarum acceptio præſertim circa ſpiritalia bona à Summis Pont. aliena eſſe debet. 69.a.
Summos Põt. prorogare, ac trãsferre poſſe Iubileum. 69.a.
Completa, perfectaquè ſacri Iubilei definitio. 70.a.

Capitula tertij libri.

CAP. 1.

QVAE *operetur Spiritus ſanctus in illis, quibus donatur.* 71.a.
Cur Spiritus ſanctus dicatur ſpiritus veritatis. 71.b.
Iudęi aduerſabantur Christo precipuè quantum ad tria. 72.a.
Spiritus ſancti aſſiſtentia Eccleſiæ neceſſaria. 72.a.
Spiritus ſanctus non apoſtolis tantum, ſed & ſucceſſoribus collatus. 72.b.
Fidei myſteria primo prælatis, deinde per ipſos ceteris reuelantur. 73.a.

CAP. 2.

M*AXIMAM eſſe ſanctitatis præſtantiam.* 73.b.
Iubilei annus verè ſanctus. 74.a.
Aliquid poteſt dici ſanctum multis modis. 74.b.
Iubilei annus dicitur ſanctus ſex modis. 75.b.

CAP. 3.

QVOD *annus ſanctus habendus ſit præclariſſimus, quia eſt valde antiquus.* 76.b.
Humanus intellectus ſenio perficitur. 76.b.
Reſpublicæ à ſenibus gubernari ſolita. 77.a.
Quatuor concilia quæ aliis ratione antiquitatis præferuntur. 77.a.
Iubileũ fuiſſe in ſtatu innocentiæ. 77.b.
Iubileum fuiſſe in lege veteri. 78.a.
Iubileũ à Chriſto fuiſſe celebratũ. 78.a.

CAP. 4.

QVOD *Iubilei præſtãtia etymologiis apertiſſimè demõſtretur.* 79.a.
Licet argumenta ex etymologiis eruere. 79.a.
Sacrarũ ſcripturarũ nomina magna eſſe conſideratione digna. 79.a.
Iubileum à iubilo deriuari poſſe. 79.a.
Iubilei tempore in cælo, in terra, & in purgatorio iubilari. 77.b.
Iubileus interprtatur magnus Dei, ſcilicet annus. 80.a.
Iubilei annum eſſe verè magnũ. 80.a.
Iubilei annus dicitur quadruplici dimenſione, nimirum ſublimitate, profunditate, latitudine, atque magnitudine, magnus. 80.b.
Iubilei annus eſt verè Dei annus 80.b.
Iubilei annus, annus germinis interpretatur. 81.a.
Iubilei annus non habet niſi ver, & æſtatem. 81.a.
Quatuor requiruntur ad germinandum, quæ omnia conueniũt anno Iubilei. 81.b.
Iubilei annus interpretatur ãnus remiſſionis. 82.b.
Quatuor remiſſionum genera inueniuntur in Iubileo. 82.b.
Iubilei anno cuncta ſpiritalia debita dimittuntur. 83.a.

Cap.

CAP. 5.

QVOD Iubilei annus ſit digniſſimus, quia ingentis eſt cauſa lætitiæ. 84.a.

Figuræ quędam eorum, qui ob Iubileum ſpeciatim gaudent. 84.a.

Peccatores vehementer lætari propter Iubileum. 84.b.

Iuſtorum congregatio ob Iubileum magno afficitur gaudio 84.b.

Gaudiũ eſt Angelis in cœlo propter Iubileum. 84.b.

Pater, Filius, et Spiritus ſanctus modo quodam gaudere perhibentur propter Iubileum. 85.a.

CAP. 6.

QVOD Iubilei dignitas ex cæremonijs, quę ipſius cauſa fieri ſolent, apertè demonſtretur. 85.b.

Cur ſanctæ Eccleſiæ ceremoniæ fuerint inſtitutæ 86.a.

Cur Iubileus in die aſcẽſionis Domini annuntiatur. 86.a.

Cur annuntiatur in eccleſia Diui Petri. 86.b.

Cur in duobus ſuggeſtibus, & vtroque idiomate, latino ſcilicet, & materno nuntiatur. 86.b.

Cur in quatuor locis Vrbis ſolemniter publicetur. 87.a.

Cur in vigilia natiuitatis Domini inchoetur Iubileus. 87.a.

Cur porta illa, quæ ob Iubileum à Summo Pont. aperitur, dicatur ſancta. 87.b.

Cur porta ſancta in inchoatione Iubilei aperiatur. 88.a.

Cur aperitur à Summo Pont. 89.a.

Cur tribus ictibus aperitur. 89.b.

Cur hymni, pſalmi, & antiphonæ interim decantentur. 90.a.

Cur ad aperiendam ſanctam portam in tribus alijs eccleſiis deſtinentur ſummi Pontificis Legati. 90.a.

Cur porta ſancta expleto Iubilei anno ſolemniter à Summo Põt. claudatur. 90.b.

CAP. 7.

QVOD Iubilei præſtantia ad quadruplicem mutationem circa ipſum factã coniiciatur. 91.b.

Ad pauca reſpicientes de facili enuntiare. 91.b.

Ad pauca reſpiceret, qui diceret, aut putaret, caſu Iubilei celebrationem fuiſſe quater diuariatam. 92.b.

Caſu factum non eſſe, vt Iubilei celebritati quatuor aſſignata fuerint tempora. 93.a.

Iubilei virtutem ex ipſius quadruplici variatione deſignari. 93.a.

Magnam eſſe quaternarij numeri virtutem. 93.a.

Facultates omnes ſecundum quaternarium numerum ad hominem ordinari. 93.b.

Hominem verè probum quadratum appellari conſueuiſſe. 94.a.

Iubilei firmitudinem ac ſtabilitatem quadruplici permutatione circa eius celebrationem facta deſignari. 94.b.

Iubilei ſublimitatem centeno numero eius celebritati aſcripto demonſtrari. 95.a.

Iubilei excellentiã quinquageſimo numero eius ſolemnitati attributo ſignificari. 95.a.

Ternarij numeri, ac trigeſimi tertii præſtantia Iubilei pręclarã dignitatem demonſtrari. 95.b.

Iubilei præſtantiam numero vigeſimoquinto inſinuari. 96.a.

Cap.

C A P. 8.

QVOD Chriſtianus Iubileus ob id, quod præfertur antiquo, digniſſimus ſit. 96.b.
Antiquę legis cęremonias magnis fuiſſe inſignitas myſterijs. 96.b.
Cæremonias nouæ legis eſſe præſtantiores cęremonijs legis ueteris. 96.b.
Quibus myſterijs ſacer Chriſtianorum Iubileus, iudæorum iubileo præferatur. 92.a.

C A P. 9.

QVOD militantis eccleſiæ Iubileus iure cenſeatur digniſſimus, quia Eccleſia triũphantis imaginem gerat. 98.b.
Duplici cultu, interiori videlicet, & exteriori Deum colimus. 98.b.
Exteriorem cultum ad interiorem ordinari. 98.b.
Hominem diuino cultu ad Deum tribus modis ordinari. 99.a.
Sacrum Iubileum beatorum ſtatum multis rationib⁹ adũbrare. 99.b.

Capitula libri Quarti.

C A P. 1.

QVOD ſacri Iubilei inſtitutio Eccleſiæ Dei fuerit reuelata. 101.a.
Eccleſiã auroræ et lunę nominibus aliquãdo ſignificari. 101.a.
Auroram & lunam tribus modis eſſe ſimiles. 101.b.
Eccleſiam auroræ, ac lunæ quò ad tria præcipuè ſimilẽ eſſe. 101.b.
Quomodo Chriſtus vſque ad ſeculi conſummationẽ ſit in Eccleſia. 102.a.
Eccleſiã paulatim lumẽ à Chriſto recipere. 102.b
Eccleſię ſacri Iubilei inſtitutionẽ à Deo fuiſſe reuelatam. 103.a.

C A P. 2.

QVOD verba illa, Infinitus theſaurus &c. de Iubilei theſauro intelligi debeant. 103.b.
Homini proprium eſſe rationibus agere. 103.b.
Diuerſis modis intelligi poſſe illam Salomonis ſententiam, qua dicitur: Infinitus theſaurus &c. 104.b.
Eandem ſententiam interpretari poſſe, idquè cõgruentiſſimè de theſauro indulgentiarum. 105.b.

C A P. 3.

QVOD Sapiens plures theſauri indulgentiarum prę rogatiuas, ac nonnullos Iubilei fructus oſtendat. 106.a.
Non æque omnium verba ponderari 106.a.
Salomonis verba ſumma expendenda eſſe ſapientia. 106.b.
Sapientem in verbis illis, infinitus theſaurus &c. plura theſauri indulgentiarum oſtẽdere myſteria. 106.b.
Indulgentiarum theſaurum eſſe infinitum. 107.a.
Cur Deus voluerit indulgentiarum theſaurum licet infinitũ, Sãctorũ meritis cumulari. 107.b.
Theſaurum indulgentiarum neceſſarium. 107.b.
Theſauri indulgentiarum diſpenſator. 108.a.
Diſpenſationis eiuſdem theſauri cauſa. 108.a.
Theſauri indulgentiarum perpetua duratio. 108.a.
Theſauri indulgentiarum nõ fore fruſtra poſt vniuerſale iudicium. 108.b.
Quibus diſpenſari debeat indulgentiarum theſaurus. 109.b.

Di-

Diſpoſitionem ad lucrandum indulgentias neceſſariam. 109.a.
Duo ſacri Iubilei fructus 109.b.
De quibus Iubilei fructibus præſenti libro tractandum. 109.b.

CAP. 4.

DE duobus Iubilei fructibus à Salomone enumeratis. 110.a.
Aerumnas oẽs, quibus homo affligitur, ad duo genera reuocari. 110.a
Hominem ob peccata ſubiectum eſſe duabus miſerijs, etiã peccatis ipſis dimiſſis. 110.a.
Primus Iubilei fructus. 110.b.
Secundus Iubilei fructus. 110.b.
Hominem etiam dimiſſis criminibus non eſſe vndequaque perfectum Dei amicum. 110 b.
Quàm excellentes ſint præfati Iubilei fructus. 111.a.

CAP. 5.

DE quatuor Iubilei fructibus à propheta Dauide enarratis. 111.b.
Dei amorẽ nũquã otioſum eſſe. 111.b.
Benedicere in ſacris literis aliquando pro eo, quod ſæcundum reddere, ſumi. 112.a.
Chriſtianorum populum aptè diuidi in iuſtos et peccatores, in prelatos & ſubditos. 112.b.
Iubilei anno iuſtos & peccatores, prelatos, & ſubditos bonis operibus ſolitò ardentius incumbere. 113.a.
Angelos illos, quibus hominum cura demandata eſt, precipuè Iubilei anno lætari. 113.b.

CAP. 6.

DE quatuor alijs mirabilibus ſacri Iubilei fructibus. 114.a
Quatuor eſſe, que ad bona opera exercenda homines inducere poſſunt. 114.a.
Ex operibus bonis quatuor bona prouenire. 114.a.
Iubileum in cauſa eſſe, vt Deus magis honoretur. 114.b.
Ex Iubileo prouenire vt Sancti cumulatiori afficiãtur honore. 115.b
Iubilei cauſa Chriſtianos ad maiora exercẽda bona prouocari. 115.a
Chriſtianos propter Iubileũ vberioribus ditari diuitiis. 115.b.

CAP. 7.

QVOD Chriſtiani omnes curare deberent, ut ſacro intereſſent Iubileo. 116.a.
Fideles omnes ad Iubilei acquiſitionem prouocandos. 116.a.
Quare Deo efficiamur debitores. 116.a
Triplex eorum, qui Deo debitores ſunt, genus. 116.a.
Plures ſunt, qui vel decem millia talenta Deo debeant. 116.b.
Neminẽ dicere poſſe, ſe Dei debitorem non eſſe. 117.a.
Iubileũ querere debere etiam illos, qui nullius ſoluende pœne debitores fuerint. 117.b.
Defunctorum cauſa querendum eſſe Iubileum. 118.a.
Papam regem maximum eſſe. 118.b.

CAP. 8.

QVOD hæretici maximè ſtudere deberẽt ſacro intereſſe Iubileo. 119.a.
Grauiſſima hereticorum ſcelera. 119.b.
Deum ad pœnitentiam hereticos expectare. 119.b.
Heretici, quantum ad Iubileum attinet, cõſiderare deberent, que eorum antiqui fecerint. 120.a.

Here-

Hæretici diuinam iuſtitiã formidare debere. 121.a.
Papa hæreticos ad Iubileum uenire cupientes benigniſſimè exciperet. 121.b.
Hæreticis Iubilei anno præſertim parcendum. 122.a.
Catholici pro hæreticorum conuerſione orare deberent. 122.b.

CAP. 9.

QVAE *obſeruanda ſint, vt quis Iubilei fructus conſequatur.* 123.a.
Neceſſarium eſſe, ea, quæ Iubilei acquirendi cauſa faciẽda ſint, declarare. 123.a.
Romæ quærendum eſſe Iubileũ. 123.b.
Iubileum quæri debere anno vigeſimoquinto. 123.b.
Iubileum anni ſancti à Iubileis illis, qui aliis temporibus conceduntur, differre. 124.a.
Qui Iubileum lucrari optant, verè pœnitentes eſſe debent, ac peccata cuncta ſacramentali confeſſione explicare. 124.a.
Iubileum lucraturos quatuor Sãctorũ baſilicas adire debere. 124.b.
Congruenter ſtatutũ eſſe, ut Iubilei anno ex parte illorum Sanctorũ, quibus dicatę ſint, prædictæ eccleſiæ uiſitentur. 124.b.
Congruè factũ eſſe, ut idipsũ ſtatuerẽt ex parte Chriſtianorũ. 126.a.
Conuenienter idem decretũ eſſe ex parte Papæ. 126.b.
Idem ex parte ipſarum baſilicarum ſuaderi poſſe. 127.a.

CAP. 10.

QVOD *Iubileum lucraturi, diebus triginta, aut quindecim eccleſias uiſitare debeant.* 127.b.
Quæ magis præclara ſunt, laborioſius acquiruntur. 127.b.
Sapientiſſimè inſtitutum eſſe, vt Iubileum adepturi adeant eccleſias diebus triginta. 128.a.
Magna factum eſſe ſapientia, ut peregrini ad eaſdẽ eccleſias pergant diebus quindecim. 129.a.
Papã diſpenſare poſſe, vt paucioribus diebus acquiratur Iubileus. 129.b.
Maximè prudenter factum eſſe, vt qui Iubileum quærũt, prę dictas eccleſias deuotè uiſitẽt. 129.b
Valde rationi conſentaneũ fuiſſe, vt, qui Iubilei participes effici ſtudent, pro ſua ac totius Chriſtiani populi ſalute orent. 131.a.
Salutare conſilium eſſe, vt Iubileũ adepturi priuilegiis donatas aras viſitent. 132.a.

CAP. 11.

QVAE *obſeruanda ſint, ne, quę Iubilei virtute acquiſita fuerint, amittantur.* 133.a.
Neceſſarium eſſe hoc in loco ſcriberè quomodo tuendi ſint Iubilei fructus. 133.a.
Conſcientiæ puritas maximum fœlicitatis genus. 133.a.
Magnũ infœlicitatis genus ſubditum eſſe peccatis. 133.b.
Debitis ſoluendis obnoxium eſſe magna eſt miſeria. 134.a.
Perſeuerantiam à Deo precibus obtinendam. 134.b.
Iubilei fructus precibus maximè tuendos. 135.a.
Carnem ſpiritui ſubiugandam. 136.a.
A Iubileo militãtis eccleſiæ, ad Iubileum triumphantis peruenitur. 137.a.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS LOCVPLETISSIMVS EORVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

AD bona opera quæ inducát. Pag 114. col. a.
Agentia neceſſaria 10 a.
Alter pro altero ſatisfacit. 46. b.
Amor Dei erga Eccleſiam. 42. a.
Amor Dei igni ſimilis. 111. b.
Amoris diuini effectus. 111. b.
Angeli ſimiles collibus. 113. b.
Anima deflet, quòd abſens ſit à Deo. 27. b.
Animę in purgatorio exiſtentes Iubilei virtute iuuantur. 20. b.
Animæ labores grauiſsimi. 25. a.
Anno centeſimo quare Iubileus inſtitutus. 58. b.
Anno quinquageſimo quare Iubileus inſtitutus. 59. b.
Anno trigeſimo tertio cur Iubileus inſtitutus. 60. a.
Anno vigeſimoquinto cur inſtitutus Iubileus. 60. b.
Annus Iubilei laudibus effertur. 49. b.
Antiqua, veneratione digna. 77. a.
Antiqui ſapientes. 77. a.
Antiquorum geſta iunioribus ſunt regula. 120. a.
Antiſtites arietum nomine deſignantur. 113. a.
Aſyla. 62. a.
Aurora, & Luna in quibus conueniunt. 101. b.

B

BEata virgo ab omni peccato immunis. 39. a.
Beata virgo theſaurum cumulauit. 39. b.

Bonifacij diploma de tempore inſtitutionis Iubilei. 28. a.
Bona opera ad bene agendum prouocant. 114. b.
Bona opera neceſſaria. 114. b.
Boni natura. 11. b.
Bonorum operum proprietates quatuor. 18. b.
Bonorum quatuor genera a Deo accepimus. 116. a.

C

CAlamitas eorum, qui peccatis ſunt obnoxij. 134. a.
Canones pœnitentiales. 32. a.
Canonum auctoritas de Iubileo. 53. b.
Cardinalis Borrhomei epiſtola paſtoralis. 58. a.
Catholici pro hæreticorum conuerſione Iubilei tempore orare deberent. 122. b.
Cauſa aucta, augetur effectus. 48. b.
Cauſa efficiens triplex. 10. b.
Cauſarum efficientium tria genera. 92. a.
Ceremonię Iudæorum magnis refertæ myſteriis. 97. a.
Ceremoniæ vtiles, & quare. 15. b.
Chorus electorum centenario numero continetur. 95. a.
Chriſtiani antiqui longè perfectiores. 30. b.
Chriſtiani piſcium nomine uocantur. 88. b.
Chriſtiani Sanctis illis, quorum eccleſiæ viſitandæ ſunt Iubilei gratia, maximè obligati. 126. a.
Chriſtianus cultus beatorum ſtatum oſtendit. 96. b.

T Chri-

Chriſtianus populus diuiditur in antiſtites & ſubditos, in iuſtos & peccatores. 111.b.
Chriſti actiones dupliciter conſiderantur. 107.a.
Chriſti actiones meriti ſunt infiniti. 107.b.
Chriſti paſsionis fructus. 39.a.
Chriſti potentia Romæ oſtenditur. 66.a.
Chriſti quinque myſteria. 61.b.
Chriſti quinque vulnera. 62.a.
Chriſtus diſcipulis contulit Iubileum. 13.b.
Chriſtus in Cruce opus eccleſiæ perfecit. 42.b.
Chriſtus in mundum veniens inſtituit Iubileum. 78.b.
Chriſtus in Salomone præſignatus. 42.a.
Chriſtus Iubileum ſeruauit. 13.b.
Chriſtus Petrum, Paulum, Iohannē, & Mariam Virginem prę aliis omnibus diligebat. 125.b.
Chriſtus pro nobis ſua ſatisfecit paſſione. 39.a.
Chriſtus quare theſaurum congeſſit. 38.a.
Chriſtus quomodo ſit iuſtitia noſtra. 105.b.
Chriſtus quomodo ſit theſaurus hominibus. 106.a.
Chriſtus Sanctus Sanctorum appellatur. 74.a.
Chriſtus ſemper cum eccleſia. 102.b.
Chriſtus ſemper pro eccleſia theſaurizauit. 27.a.
Chriſtus ſol. 102.a.
Chriſtum ſuis meritis infinitum cumulauit theſaurum. 105.a.
Chriſtus theſaurus. 104.a.
Chriſtus venit legem obſeruare. 13.a.
Chriſtus noluit Iubileum in eccleſia celębrari. 13.b.
Ciuitas corpori humano comparatur. 68.a.
Ciuitates refugij. 62.b.
Columnæ multæ præclaræ apud peritos. 8.a.
Communis opinio quanti ponderis ſit. 49.a.
Concertatio perpetua inter carnem & ſpiritum. 136.a.
Conceſsiones duplices. 52.b.
Concilia quatuor digniſsima. 77.b.
Conſcientiæ puritas magnum oblectamentum. 133.b.
Conſcientiæ ſtimulus duriſsimus. 25.b.
Corpus quadrangulare difficilè mouetur. 94.b.
Corpus quadratum. 94.a.
Culpa quid. 44.b.
Cultus diuinus duplex. 98.b.
Cultus hebræorum figura erat eorum, quæ in patria videbimus: & Chriſtus demonſtrabat. 89.a.

D

Debita temporalia moleſtiſsima. 134.a.
Debitores Deo omnes ſumus. 117.a.
Debitores maximi, qui ſint. 116.a.
Debitorum quædam maiora, quædam verò minora. 116.b.
Dei amicitia quanti æſtimanda. 111.b.
Dei prouidentia erga chriſtianos. 11.a.
Deſcriptio ex quibus conſtare debet. 36.b.
Deſerti via eſt pœnitentia. 137.a.
Deum omnia cōuenienti tempore ſtatuére. 28.b.
Deuotio chriſtianorū à Spiritu ſancto proficiſcitur. 52.a.
Deus immutabilis. 96.b.
Deus malis operibus blaſphematur. 114.a.
Deus non ſubiicitur tempori. 28.b.
Deus peculiari cura Papam dirigit. 4.b.
Deus quomodo peccata dimittat. 81.a.
Deus ſolus bonus. 11.b.
Diabolus hæreticos ſubornat. 53.a.
Differentia inter Iubileum hebræorum & chriſtianorum. 97.b.
Diuerſa tempora, quibus Iubileus ſtatutus eſt. 58.a.
Druidæ Gallorum magi. 1.a.

E

Eccleſia apoſtolica Romæ. 65.b.
Eccleſia auroræ perſimilis. 101.b.
Eccleſia ciuitatis nomine deſignatur. 69.a.
Eccleſia cur dicitur firmamentum. 8.b.
Eccleſia dicitur aurora, & luna. 101.a.
Eccleſiæ ceremoniæ perutiles. 85.b.
Eccleſiæ chriſtianæ encomia. 7.a.
Eccleſia materialis ſpiritalē deſignat. 88.b.
Eccleſia paulatim illuminatur à Chriſto. 103.a.
Eccleſia quare dicitur columna. 8.a.
Eccleſias deuotè adire oportet. 130.a.
Eccleſia ſimilis lunæ. 103.b.
Eccleſia Spiritu ſancto illuminata à fidelibus audienda. 73.a.

Eccleſiæ quare diebus triginta ab his, qui ſunt Romæ, viſitandæ. 128.a.
Eccleſiç quatuor Iubilei gratia viſitandæ. 124.b.
Eccleſiæ quatuor quare viſitari debeant. 124.b.
Eccleſiæ, quæ viſitari debent Iubilei anno, quæ ſint 124.b.
Ecleſiæ vaſa. 42.b.
Eglon rex Moabitarum. 135.b.
Eleemoſynæ vtilitas. 34.a.
Eleemoſynis Deus honoratur. 115.a.
Epicurus cur dialecticam damnet. 6.a.

F

Fidei myſteria diuino lumine reuelata. 29.b
Fides rationibus non poteſt demonſtrari. 55.a.
Finis principalis, & ſecundarius. 20.a.
Forma eſſentialis, & exemplaris. 25.b.
Forma Iubilei quæ ſit. 24.a.

G

Germinatio ex quibus fiat. 82.b.
Germinatio ſpiritualis. 82.a.
Gregorius XIII. maxima charitate reſipiſcentes hæreticos exciperet. 122.a.

H

Hæretici à diabolo ſubornantur. 33.a.
Hæretici eleemoſynas deſpiciūt. 34.b.
Hæretici ieiunium deſpiciendum eſſe docent. 34.a.
Hæretici orationem contemnunt. 34.a.
Hæretici quare philoſophiam aduerſantur. 6.a.
Hæretici ſacro Iubileo adeſſe deberent. 119.a.
Hæreticis quid accidet, ſi ad Iubileum pergere noluerint. 120.b
Hæretici vtriuſque ſexus in prodigo & adultera deſignantur. 122.b.
Hæreticorum debita maxima. 119.b.
Hominis miſeriæ quàm plures. 110.a.
Homo Deo iungitur diuino cultu tripliciter. 99.a.
Homo Deum colere debet corpore & anima. 98.b.
Homo maximè indiget quiete. 24.b.
Homo naſcitur ad labores. 24.b.
Homo quadratus. 94.a.
Homo quare dicatur animal rationale. 104.a.

I

IEiunij virtus. 33.b.
Indulgentiç ab iniunctis pœnis tantum abſoluunt. 49.b.
Indulgentiæ cur theſaurus. 103.b.
Indulgentiæ Iubilei cæteras antecellunt. 54.b.
Indulgentiæ Iubilei cæteris certiores 56.b.
Indulgentiæ Iubilei cæteris præferuntur. 56.a.
Indulgentia plena, quæ. 51.b.
Indulgentiæ plenariæ quales. 50.a.
Indulgentia pleniſsima quæ. 51.b.
Indulgentiarum Iubilei prerogatiuæ 57.a.
Indulgentiæ quare ſuſpenduntur tempore Iubilei. 54.a.
Indulgentias non omnes æquales. 47.b.
Indulgentiarum vtilitas. 55.a.
Indulgentiarum theſaurus infinitus. 107.a.
In Iubileo miſericordia, & iuſtitia. 47.a.
In omni peccato inueniuntur culpa, & reatus pœnæ. 44.b.
Intellectualis natura tantum numerū dirationem callet. 58.b.
Intellectus humanus quomodo in ſtatu gloriæ Deo iungitur. 99.a.
Iohannes pro Eccleſia multum paſſus eſt. 126.a.
Iohannis erga Chriſtum maxima dilectio. 125.a
Iubilei anno debita cuncta dimittuntur. 83.b.
Iubilei anno gaudium eſt in cœlo, in terra, & in purgatorio. 79.b.
Iubilei anno honorantur ſancti. 115.a.
Iubilei anno proximus quiſque ad bona opera inducitur. 115.a.
Iubilei anno quæ bona opera fiant. 74.b.
Iubilei anno quæ ceremoniæ fiant. 86.a.
Iubilei anno qui præcipuè lætantur. 84.a.
Iubilei annus, annus benedictionis. 112.a.
Iubilei annus, annus benignitatis Dei. 112.a.
Iubilei annus cur dicatur ſanctus. 74.b.
Iubilei annus firmus. 75.b.
Iubilei annus prorogari poteſt. 70.a.
Iubilei annus purus. 76.a.
Iubilei annus quadruplici dimenſione magnus. 80.b.
Iubilei annus ſang:ine tinctus. 76.a.
Iubilei annus ſine terra 76.a.

Iubilei annus verè fertilis. 111.b.
Iubilei annus ver, & æſtatem tantum habet. 81.a.
Iubilei arcana detegenda, & quare. 2.a.
Iubilei dignitas ex numero quaternario oſtenditur. 93.a.
Iubilei doctrina vera. 9 b
Iubilei firmitudo. 94.b.
Iubilei gratia quatuor eccleſiæ adeū dæ. 124 b.
Iubilei indictio. 86.b.
Iubilei indulgentiæ cæteras antecelluns. 48.a.
Iubilei inſtitutio à Chriſto. 11.a.
Iubilei inſtitutio à Deo. 81.a.
Iubilei inſtitutio à Papa. 11.a.
Iubilei materia. 26 b.
Iubilei neceſsitas ex Dei prouidentia demonſtratur. 82.b.
Iubilei nomen. 2 a.
Iubilei nomen declaratur. 79.b.
Iubilei primus finis. 20.a.
Iubilei primus fructus. 110.b.
Iubilei ſecundus finis. 20.a.
Iubilei ſecundus fructus. 110.b.
Iubilei tempore Deus honoratur. 115.a.
Iubilei typus. 41.b.
Iubilei virtus. 44.a.
Iubileo Dei miſericordia demõſtrat. 15.a.
Iubileo Deus glorificatur. 88.a.
Iubileo diuerſa tempora aſsignata. 58.a.
Iubileo non dimittitur culpa. 46 b.
Iubileo oſtenditur Dei bonitas. 12.a.
Iubileo perfecto in cœleſti patria perfruemur. 137.b.
Iubileo qui adeſſe contemnunt, grauiſsimè peccant. 121.a.
Iubileum etiā iuſti quęrere deberent. 118.a.
Iubileum extra ſtatum gratiæ conſequi nemo poteſt. 130.b.
Iubileum idoneo tempore inſtitutū. 28.b.
Iubileum lucrari cupientes peccata ſua confiteri tenentur. 124.a.
Iubileum lucraturus, in ſtatu gratiæ ſit, neceſſe eſt. 124.b.
Iubileū lucraturi p ſua & totius chriſtiani populi ſalute orare debēt. 131.a.
Iubileum qui lucrari optat, quæ facere teneatur. 123.a.
Iubileū qui lucrati fuerint, populo ex Aegypto egreſſo deſignātur. 136.b.
Iubileum Romæ quærendum. 123 b.
Iubileus ad mortuorum ſatisfactionem valet. 118.a.
Iubileus æternæ beatitudinis imaginem refert. 26 a.
Iubileus à iubilo. 79.b.
Iubileus à Luthero negatur. 35.a.
Iubileus animæ requies. 35 a.
Iubileus annus Dei. 80.b.
Iubileus annus gaudij. 79 b.
Iubileus annus germinis. 81.a.
Iubileus annus magnus. 80.a.
Iubileus annus remiſsionis. 81.b.
Iubileus chriſtianorum beatorum ſtatum demonſtrat. 99 b.
Iubileus chriſtianus quibus hebræorum Iubileo præferatur. 98.a.
Iubileus cœleſtis humano longe præſtantior. 100.b
Iubileus determinatus. 36 b.
Iubileus duplex. 36.b.
Iubileus etiam abſentibus communicandus. 69.a.
Iubileus hebręorum quo tempore nunciabatur. 97.a.
Iubileus homines ad peccatorum deteſtationem inducit. 21.b.
Iubileus in dubium verti non poteſt. 36 a.
Iubileus in lege Moyſi. 78.a.
Iubileus in lege naturæ. 77 b.
Iubile⁹ in loco digniſsimo celebrāt⁹. 68.a.
Iubileus in ſcripturis prænunciatus. 28.b.
Iubileus inſtituitur ad oſtendendum Dei miſericordiam. 17.a.
Iubileus in terreſtri paradiſo. 77.b.
Iubileus prædictus ab Eſaia. 14.a.
Iubileus pro defunctorum ſalute. 5 a.
Iubileus quas pœnas condonet. 46.b.
Iubileus quomodo neceſſarius. 10.b.
Iubileus quo tempore non fuit neceſſarius. 30.b.
Iubileus ſabbati nomine ſignificat⁹. 137.a.
Iubileus vigeſimiquinti anni ab alijs omnibus differt. 114.a.
Iubileus vetuſtiſsimus 77.b.
Iudęorum inuidia in Chriſto. 71.a.
Iuſti, campi ſunt fertiles. 113.b.

L

Lvdi ſeculares. 13.a.
Lutherani cur à diſciplinis homines auertant. 6.b.
Lutherani purgatorium negant. 34.b.
Lutherus indulgentias impugnat. 35.a.
Lutherus Iubileum negat. 35.a.

M

Mahumetes cur diſciplinas prohibet. 6.b.

Malchi abſciſio auris quid ſignificet. 121.b.
Manus Dei quinque digitis conſtat. 22.b.
Maria Virgo theſaurum præ cæteris locupletauit. 126.a.
Mariæ Virginis amor erga Chriſtũ. 125.a.
Materia magis diſpoſita melius formam recipit. 48.b.
Materia triplex. 26.a.
Methodius contra Porphyrium. 6.a.
Miſericordia Dei diuinarum virtutum maxima. 14.a.
Motores cœlorum animantia eſſe non poſſunt. 24.b.
Moyſes occulta myſteria detegit Ioſue. 1.b.
Multitudo magna ad Iubileum proficiſcitur. 52.b.
Myſteria qui celare conſueuerint. 1.a.

N

Neceſſarium quid. 10.a.
Neceſſarium quatuor modis dicitur. 9.b.
Nomina an caſu rebus impoſita. 72.a.
Nomina ſacrarum ſcripturarum myſterijs plena. 72.a.
Numeri quaternarij virtus. 93.a.
Numeri quinarij ſignificatio. 61.b.
Numeri ternarij excellentia. 60.b. 95.b.
Numeri trigeſimi myſteria. 128.b.
Numerorum ſpeculatio vtilis. 58.b.
Numerus cẽtenarius quid ſignificet. 59.b.
Numerus vigeſimuſquintus ſignificat æternitatem. 96.a.

O

Opera bona, quæ Iubilei anno fiunt. 74.b.
Opera gratiæ conſiderantur quatuor modis. 38.b.
Operibus bonis inſiſtendum poſt acceptum Iubileum. 136.b.
Operibus bonis honorantur Sancti. 114.b.
Oratio medium eſt, quo cuncta à Deo obtineri poſſunt. 131.a.
Oratio mentalis finis vocalis. 98.b.
Orationes faciendæ in Iubileo percipiendo ſunt indeterminatæ. 172.a.
Orationibus Deus honoratur. 115.a.
Orationis uirtus. 14.a. 17.a.
Orationis virtus aduerſus diabolũ. 135.a.
Origenes Celſum hæreticum philoſophia proſternit. 6.a.

P

Pantheon. 66.b.
Papa Chriſti Vicarius, & Petri ſucceſſor. 65.a.
Papa diſpenſare poteſt, ut paucioribus diebus acquiratur Iubileus. 129.b.
Papa ſacerdotum, & regum omnium maximus. 17.a.
Papa Sanctis illis, quorum eccleſiæ Iubilei cauſa uiſitandæ ſunt, maximè obligatus. 126.b.
Papa ſine cauſa non poteſt indulgentiarum theſaurum diſpenſare. 108.a.
Papa ſingulari Dei prouidentia dirigitur. 4.b.
Papa ſummus theſauri indulgentiarum diſpenſator. 108.a.
Papa verus Chriſti Vicarius. 15.a.
Pauli Apoſtoli maximus amor erga Chriſtum. 125.a.
Paulus plus omnibus pro Eccleſia laborauit. 126.a.
Peccatis dimiſsis pœna eſt luenda. 45.a.
Peccator confiteri tenetur. 83.a.
Peccatores infructuoſi. 112.b.
Peccator multorũ creditorũ debitor. 83.a.
Peccatorũ debito non eſſe obnoxium, magnum fœlicitatis genus. 133.a.
Peccatum maxima hominũ miſeria. 110.a.
Peregrini quare paucioribus diebus eccleſias viſitare tenentur. 129.a.
Peritorum ab imperitis differentia. 27.b.
Perſeuerantiæ munus à ſolo Deo obtinetur. 135.a.
Petri Apoſtoli in Chriſtum maximus amor. 124.b.
Petrus plus diuitiarum in Eccleſiæ theſaurum intulit. 126.a.
Philoſophia naturalis theologiæ perutilis. 5.b.
Pœna peccatis debetur. 44.b.
Pontificis Summi dignitas. 65.a.
Portæ ſanctæ quatuor aperiuntur, quare. 90.a.
Porta ſancta cur in principio anni Iubilei aperitur. 88.b.
Porta ſancta in fine anni Iubilei à Summo Pont. cur claudatur. 90.b.
Porta ſancta quare à Papa aperitur. 89.a.
Porta ſãcta à Sũmo Pont. aperitur. 87.b.
Porta ſancta quare aperiatur. 49.a.
Porta ſancta quare dicta. 88.a.
Porta ſancta quare tribus ictibus aperitur. 89.b.
Porus rex Indorum. 16.a.
Preces perſuuduntur in apertione portæ ſanctæ. 53.a.
Præclara difficile acquiruntur. 127.b.

Prima cauſa errare non poteſt 92.b.
Prouidentia Dei erga Chriſtianos. 12.a.
Pſalmi & Hymni cantantur in aperitione portæ ſanctæ. 90.a.
Purgatorij pœnæ grauiſſimæ. 22.a.111.a.
Pythagorici. 1.b.

Q

QVadratus philoſophiæ ope pro religione pugnat. 6.a.
Quid faciendum eſt in eccleſijs ab ijs qui Iubileum percipere cupiunt. 132.a.
Quietem Iubileus præſtat. 24.a.
Quinquagenarius numerus perfectiſſimus. 60.a.

R

RAriſsimi de Iubileo ſcripſerunt. 2.b.
Ratio in omnibus eſt adhibenda. 55.b.
Rationes formandæ de Iubileo quales. 3.b.
Reatus pœnæ. 44.b.
Reges miſericordia præſtare debent. 10.b.
Reges quare oleo vnguntur. 15.b.
Reges theſauros habere oportet. 37.b.
Religiones omnes ſuos habuere Iubileos. 17.b.
Religionum inſtitutores optimi. 30.b.
Reliquiæ innumeræ in Vrbe ſeruantur. 64.b.
Remiſsiones temporales & ſpirituales, quæ. 82.b.
Res immutabiles digniores ſunt mutabilibus. 96.b.
Reſpublicæ à ſenibus gubernatæ. 77.a.
Romæ indulgentiarum theſaurus maximè ditatus. 67.b.
Romæ multi pij ſacerdotes inueniuntur. 64.a.
Romæ omni tempore indulgentiæ quæruntur. 123.b.
Romæ religio floret. 63.b.
Roma locus omnium præclariſsimus. 68.a.
Romana Eccleſia cæterarum eccleſiarum caput. 65.b.
Romanæ Vrbis laudes. 65.a.
Romanæ Vrbis ſanctitas. 64.b.
Romana Vrbs locus tutiſsimus. 63.a.
Romanorum fides maxima. 66.b.
Romanorum ſumma hoſpitalitas. 66.b.
Roma olim falſorum deorum ſedes. 66.b.
Roma patria communis. 63.b.
Roma propria ſedes Pontificis Max. 65.a.
Roma regina ciuitatum. 63.a.

S

SAcerdotes canones pœnitentiales ignorare non debent. 31.b
Sacerdotes miſericordes eſſe debent. 31.b.
Sacerdotes quare oleo unguntur. 15.a.
Sacerdotum conditiones. 36.a.
Sacramenti identitas quomodo demonſtretur. 96.a.
Salomon Chriſti typus. 42.a.
Salomonis ſapientia, & doctrina. 106.b.
Sanctæ Trinitatis verè memorabilis, ac digniſsima Societas. 67.a.
Sancti quare uaſa dicuntur. 45.a.
Sanctitatis præſtantia. 73.b.
Sanctorum ſatisfactiones. 59.b.
Sanctum quid ſignificet. 74.b.
Sapientes Aegyptiorum. 1.a.
Satisfacere poteſt homo pro alijs. 38.b.
Satisfactio neceſſaria. 35.b.
Satisfactio triplex. 46.a.
Scripturarum ſacrarum priuilegium. 3.b.
Scripturarum ſacrarum quatuor ſenſus. 3.b.
Sedes Summi Pont. Rom. 65.b.
Sixti iiij. diploma. 54.b.
Spiritus ſanctus cur Apoſtolis promiſſus. 72.b.
Spiritus Sanctus cur dicatur Spiritus veritatis. 71.b.
Spiritus ſanctus non Apoſtolis tantum promiſſus. 72.b.
Spiritus ſanctus plurima dona largitur. 71.b.
Subditi ualles nuncupantur. 113.a.
Syluerius Papa de ſede deturbatur. 4.b.

T

TEmporis diſtinctio ad mundi ornamentum facit. 57.b.
Tempus ſapientiſsimum. 77.a.
Terra promiſsionis cœleſtem Hieruſalem ſignificat. 137.a.
Theologia eſt ſcientia argumentatiua. 55.b.
Theſauri Eccleſiæ magnitudo. 44.a.
Theſauri indulgentiarum neceſsitas. 108.a.
Theſauro indulgentiarum qui abutantur. 109.b
Theſaurus Eccleſiæ etiam his temporibus augetur. 40.b.
Theſaurus Eccleſiæ. 15.b.
Theſaurus Eccleſiæ, materia Iubilei. 26.b.
Theſaurus Eccleſiæ quare ſanctorum meritis augeatur. 40.b.
Theſaurus Eccleſiæ quis ſit. 43.a.

Theſaurus indulgentiarum acquiſitus qua ratione conſeruari poſsit. 133.a.
Theſaurus indulgentiarum infinitus quomodo Sanctorum meritis cumulatur. 107.b.
Theſaurus indulgentiarum perpetuus. 108.b.
Theſaurus indulgentiarum poſt iudicium cur remanebit. 108.b.
Theſaurus indulgentiarum quibus diſpenſari debet. 109.a.
Theſaurus quid ſignificet. 37.a.
Theſaurus multiplex. 43.b.
Tiberius Imperator Chriſtum inter Deos referre voluit. 63.b.
Tria requiruntur pro indulgentijs acquirendis. 48.a.
Tropi loquendi multi. 37.a.
Tyranni Romę magis quam alibi in Sanctos ſæuierunt. 67.b.

V

Varia morientium conditio. 21.b.
Vigilius Papa. 4.b.

FINIS.

ETSI QVIQVE SVMMI PONTIFICES, qui Sanctum indixerunt Iubileum, ceteráſque plenarias Indulgentias eius cauſa ſuſpenderunt, ſuper iis literas ediderint, & quas præ manibus habemus; vnius tamen S. D. N. Gregorij x i i j. appoſuimus, quòd eæ vnæ, quæcunque ad rem pertinerent, ſapientiſſime atq; illuſtri breuitate complexæ ſint.

S. D. N. D. GREGORII PP. XIII. INDICTIO

Sancti Iubilei, & pleniſſimæ remiſſionis pro viſitantibus baſilicas beatorum Petri, & Pauli, necnon eccleſias Sancti Ioannis Lateranenſis, & Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe proximo anno M. D. LXXV.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DOMINVS ac Redemptor noſter Ieſus Chriſtus, qui pro ineffabili charitate ſua ſerui formam accipiens, acerbiſſimam Crucis mortem ſubire dignatus eſt, vt Deo patri genus humanum reconciliaret, atque in ſortem hæreditatis æternæ vocaret, volens noſtræ plenius ſuccurrere imbecillitati, & donum hoc pretioſiſſimo ipſius ſanguine acquiſitum copioſius communicare, ne lapſis poſt regenerationis lauacrum opportunum eiuſdem diuinæ miſericordiæ deeſſet ſubſidium, beato Petro Apoſtolorum principi, eiuſque deinceps ſucceſſoribus ſuis in terris Vicariis ſanctæ Catholicæ Romanæ Præpoſitis Eccleſiæ (quæ cæterarum omnium caput, mater, & magiſtra eſt) poteſtatem dimittendi peccata pleniſſimam reliquit, ac theſauro præterea immenſo meritorum eiuſdem paſſionis (cui etiam glorioſſimæ ſemper virginis Mariæ, omniumque ſanctorum merita accedunt) idcirco ditauit eccleſiam ſponſam ſuam, eũque prædictis beato Petro, & ſucceſſoribus diſpenſandum commiſit, vt eo cæteri fideles pro temporalibus pœnis

V ex remiſſis

ex remiſſis culpis ſæpius remanentibus ad ſatisfaciendum adiuti ad percipiendos cœleſtis gratiæ fructus expeditiores redderentur. Quarum rerum conſideratione adducti, diuinæque bonitatis exuberantia confiſi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, animarumque ſaluti toto animi ſenſu proſpicientes, pro facultate diſpenſandi theſaurum prædictum illis credita, Sanctum IVBILEVM ſtatis annis, priores quidem longioribus interuallis, alij vero breuioribus, & poſteriores vigeſimoquinto quoque anno celebrandum decreuerunt, quo ſcilicet tempore idem Eccleſiæ theſaurus ad ſalutarem eorum lætitiam depromeretur, qui ea cauſa almam inuiſerent Vrbem, quam prędictus Princeps Apoſtolorum, & Doctor gentium, totque deinceps Chriſti Martyres ſuo ſanguine conſecrarunt. Quocirca nos dictorum prædeceſſorum pium ſaluberrimumque inſtitutum ſecuti, de fratrum noſtrorum aſſenſu, IVBILEI celebrationem proxime ſequenti anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoquinto, a primis veſperis, quæ vigilia eſt diei feſti proxime futuri natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipiendam, & per totum annum ipſum finiendam, vniuerſo Chriſtiano populo quanto maiore poſſumus animi gaudio indicimus. Quo quidem anno durante qui vere pœnitentes, & confeſſi beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum baſilicas, & Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Sanctæ Mariæ Maioris in Vrbe eccleſias triginta continuis vel intermiſſis diebus ſemel ſaltem in die, ſi Romani, vel Vrbis incolæ fuerint, ſi vero peregrini, quindecim diebus deuote eodem modo viſitauerint, ac pro ipſorum totiuſque Chriſtiani populi ſalute pias ad Deum preces fuderint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem, quemadmodum etiam prædeceſſores noſtri conceſſerunt, conſequentur. Et qui poſt iter ad Vrbem huius deuotionis cauſa ſuſceptum, illud perficere ob aliquod legitimum impedimentum non potuerint, aut in morbum inciderint, & ſiue in via, ſiue in Vrbe ipſa ab humanis exceſſerint vere pœnitentes & confeſſi, hos quoque pro eorum pia ac prompta voluntate ipſius indulgentiæ ac doni participes fieri volumus. Monemus itaque & hortamur omnes Chriſti fideles, qui ſacro huic cœtui intereſſe poterunt, vt humanæ vitæ miſerias, ſæculi huius vanitatem, dierumque paucitatem, qua ad mortem, & ſtricti examinis diem aſſidue properamus, contra vero immenſa cœleſtis vitæ gaudia, ſummam felicitatem, perpetuam æternamque

que beatitudinem attente cõſiderantes, & animo reuoluentes, ita conſcientias ſuas examinare, & ab omnium peccatorum vitiorumque maculis, & ſordibus purgare ſtudeant, ſimulque bonis & ſanctis operibus, atque orationi adeo intenti ſint, vt tanti huius gaudij & eccleſiaſticorum munerum largitionis vere participes fieri, & in altero poſtea ſæculo præmium uberrimum conſequi mereantur, Quare mandamus omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque eccleſiarum Prælatis, vt ſuos quiſque populos diligenter curent ea omnia edocendos, quę ad remiſionis & indulgentiæ prædictæ adipiſcendæ pręparationem fuerint opportuna, debita in eos pietatis & miſericordiæ opera exercēdo. Rogamus quoque in Domino chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum Rom. Regem in Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Chriſtianos, quo magis merita ipſorum in fouenda hac peregrinantium pietate apud Deum creſcant, & tanti tamque boni operis participes efficiantur, vt viarum ſecuritati ad eorundem peregrinorum commodum proſpicere, egentibuſque beneficentia & eleemoſynis ſuccurrere velint. Vt autem preſentes literæ in omnium notitiam facilius perferantur, volumus earum exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę ſigillo munitis eandem prorſus fidem haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi exhibitæ forent & oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę indictionis, monitionis, hortationis, mandati, rogationis, & voluntatis infringere, vel eī auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Sexto Idus Maij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexiis.

V 2. Eiuſdem.

EIVSDEM

LITTERAE SVSPENSIONIS OMNIVM INDVLGENTIARVM PLENARIVM ad beneplacitum, cauſa proximi ANNI IVBILEI

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

QVONIAM Sancti IVBILEI celebrationem proximo anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto à primis veſperis, quę vigilia eſt diei feſti proxime futuri Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, incipiendam, & per totum illum annum finiendam, vniuerſo populo Chriſtiano de fratrum noſtrorum aſſenſu indiximus, quemadmodum literis noſtris deſuper confectis plenius continetur: Nos pro conſequenda eo anno indulgentia, quę dictis literis expreſſa eſt, multorum Romanorum Pont. morem ſecuti, De Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpendimus ad noſtrum, & ſedis apoſtolicæ beneplacitum omnes & quaſcunque indulgentias plenarias etiam ad inſtar IVBILEI, & eárum cauſa facultates, conceſſiones, & indulta quæcunque à nobis, & dicta ſede, eiuſque auctoritate quibuſcunque Eccleſiis, & Monaſteriis vtriuſque ſexus, àc Conuentibus, Domibus, Cōgregationibus, Hoſpitalibus, & piis locis, necnon Ordinibus, etiam Mendicantium, ac Militiarum, necnon Confraternitatibus, & Vniuerſitatibus, earūque & aliis cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis perſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus per vniuerſum orbem cōſtitutis, etiam per modum communicationis, extenſionis, & aliàs quomodocunque perpetuò, vel ad tempus quibuſuis modis, & ex quibuſuis cauſis cōceſſas, & cōceſſa, quibuſcūq; illa ſint cōcepta formulis, ac reſtitutionibus, reuocationibus, mētis atteſtationibus, aliiſque clauſulis & decretis cōmunita. Decernentes interim illa, & literas deſuper confectas nulli prorſus ſuffragari debere; Necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque contigerit attentari; Indulgentiis Baſilicarum, & aliarum eccleſiarum

rum

rum Vrbis nihilominus in ſuo robore duraturis. Pręcipimus igitur atque interdicimus, ne vllæ alię quàm prædicti à nobis indicti IVBILEI indulgentiæ, ſiue publice, ſiue priuatim vbique locorum & gentium interim publicentur, pędicentur, vel nuncientur, aut in vſum demandentur, qui ſecus ſecerint, in excommunicationis ſententiam eo ipſo iucurrant, & ab Ordinariis locorum pro cuiuſque arbitrio puniantur. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & locorum pędictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis apoſtolicis, illis eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſcunque aliis per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam ſedẽ, eiuſque Legatos, & alios ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis ex quibuſuis cauſis conceſſis, confirmatis, extenſis, reſtrictis, & innouatis: quibus omnibus, eorũ tenores, ac ſi ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile nimis eſſet præſentes quocunque illis opus erit perferri, volumus earum exemplis etiam impreſſis, notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eandem prorſus fidem in iudicio, & extra vbiq; locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſpenſionis, decreti, præcepti, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Idibus Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. De Alexiis.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, indictionę ſecunda, die vero Martis decimaſexta menſis Nouembris, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ decimitertii anno tertio, retroſcriptæ litteræ apoſtolicę publicatę & affixę fueruut in ualuis eccleſiarum Sancti Ioannis Lateranenſis, Principis apoſtolorũ de Vrbe, & Cancellariæ apoſtolicæ, vt moris eſt, per nos Scipionem de Octauianis, & Ioannem Freyle prædicti Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſores.

Petrus Sprengerius magiſter curſorum.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Quamuis ea fuerit typographi diligentia, vt nullus obreperet error, qui lectorem vel mediocriter eruditum remorari poſſit; quoſdam tamen ſubnotaſſe minime pœnitebit. Quos vt citius reperias, paginę, columnæ, & lineę numerum illis aſſignauimus.

PAg. 1. col. a. lin. 19. exiſtimabant. 2. a. 26. cognoſcerentur. 4. a. 21. ſententiam. 4. b. 22. ſuaderi. 5. a. 24. deſignaſſet. 8. a 7. Antoninianam. 8. a. 18. propoſito. 9. b. 7. cum dicitur. 9. b. 20. opus. 11. b. 2. dixiſſet. 11. b. 33. fieri. 14. a. 1. prouidentiam. 14. b. 36. quoque. 15. b. 31. capeſſenda. 22. b. 34. rurſus. 29. a. 29. capeſſenda. 35. a. 14. inueniri. 45. b. 22. exhibere. 51. b. 18. Iubileo, 55. b. 22. perueniant. 83. b. 37. præclariſsima. 101. a. 24. conducere. 108. a. 10. poſsidere. 135. b. 3. Aiod. 8. b. 22. prorſus.

REGESTVM

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V

Omnes ſunt duerniones, pręter R,
qui eſt ternio.

